



**Articulorum Symboli Apostolici de filio Dei Domino nostro
Iesu Christo, homine nato, passo, mortuo, resuscitato,
ascendente in coelos, & sedente ad dextram Dei patris
omnipotentis. : Explicatio ex paelectionibus Davidis Chytraei
collecta, & edita a Ioanne Fredero.**

<https://hdl.handle.net/1874/424456>

2

Articulorum Symboli
Apostolici

^{DE}
FILIO DEI
DOMINO NOSTRO
IESV CHRISTO, HO-
MINE NATO, PASSO, MOR-
TUO, resuscitato, ascende in cœ-
los, & sedente ad dextram
DEI Patris omnipo-
tentis.

Explicatio ex prelectionibus

Dauidis Chytræi
Collecta, & edita

A
JOANNE FREDERO.



V V I T E B E R G A
Excusa per Heredes Ioan. Cratensis,
anno Domini, 1584.

17
Purys Chancery

Chancery

18
Purys Chancery

REVERENDIS-
SIMO DOMINO,
D. IOANNI NICOLAO
EPISCOPO Asloensi & Hamerensi,
in inclito regno Norvvegiæ,
Domino colen-
do.

VT IN COELO
non est aliud studium maius, quam veri DEI &
Seruatoris Domini nostri
Iesu Christi agnitio, & mirandi fæderis
divina, & humana in Christo natura
(quod multò magis omnes Angeli, quam
ipsam rerum creationem admirantur:
quodq; Angeli præcones primi humano
generi annunciarunt) contemplatio: ita
in Ecclesijs & scholis, quæ sunt imago
agminum cœlestium, eadem studia reli-
giose coli debent: & eadem voce cum
angelis, immensa Dei misericordia &
bonitas erga genus humanum celebran-
da est. præsertim cum ad nos homines,
magis quam ad angelos, beneficium per-

22 tineat:

tineat: & totius fidei ac religionis Christiane arx & caput: & omnis humana salutis ac cum Deo reconciliationis origo & basis sit. Tradidit igitur in nostra schola, divina huius sapientiae de Persona & Incarnatione Filij Dei initia, pie & eruditè explicata, Reverendus sacer & praeceptor meus D. David Chytraeus. Quæ, etiam si tenuiora & minus elaborata ac munita, quam in tanta iudiciorum iniquitate, & controversiarum ac certaminum de hoc articulo varietate & mole requiratur: ideoq; non edenda, ille existimaverit: tamen aliorum piorum & eruditorum, quibus hæc simplicitas & perspicuitas vera & moderata explicationis maiorem in modum probatur, iudicijs & cohortationibus adductus, cum pluribus hæc communicanda, & Tua potissimum Dignitati Reuerenda inscribenda esse duxi. Cum sciam te Episcopum Ecclesie Dei vigilans, hanc veram de Christo, fidei & salutis nostra fundamento confessionem, fideliter & constan-

P R A E F A T I O .

constanter intuis Ecclesiis custodire ac
propagare : & autorem huius singulari
benevolentia & fide complecti. Meo
etiam nomine gratiam Reuerenda Di-
gnitati Tua pro multis erga me officijs
& beneficij confiteor. Quare ut qua-
lemcunq; hanc animi grati significatio-
nem non aspernere , reverenter oro.
Bene & feliciter vale . Cal. Quintil.
Anno M. D. LXXXIIII.

Ioannes Frederus, Acade-
mia Rostochiensis hoc
tempore Rector.



A 3 DE

CAUSA ASSUMPTIO-
DE PERSO-
NA ET INCARNA-
TIONE FILII DEI DO-
MINI NOSTRI IESV
CHRISTI.



RX ET CAPVT
doctrinæ ac religionis
Christianæ, & totius si-
dei ac salutis nostræ
fundamentum, et opus
Dei omnium maxi-
mum, maximeq; admirandum, quod
multò magis omnes angeli, quam ipsam
rerum creationem obstupescunt, & cuius
consideratio præcipua erit & tamen in-
exhausta etiam cœlestis ecclesiæ sapientia;
est INCARNATIO FILII DEI Do-
mini & redemptoris nostri IESV Chri-
sti, immenso & inenarrabili erga genus
humanum charitate & amore copulantis
sibi æterno & indissolubili fœdere huma-
nam naturam ex virgine Maria ASSUM-
PTAM, ita ut sit una persona IESVS
CHRISTVS, EMANUEL, æterno Deo
Patri & nobis hominibus *omnipotens* ex
duabus

duabus & in duabus naturis subsistens,
noster Mediator, Redemptor, Iustificator
& Saluator. Qui nostram naturam, à
Deo, cui, in ea tanquam domicilio habi-
tanti & iustitiae suæ radios spargenti, vnitæ
& conformis condita erat; per peccatum
auulsa & perditam; in vnitatem perso-
næ susceptam, & Diuinitati suæ, velut sur-
culum arbori insertam, hoc mirando ne-
xu, rursus cum Deo copulauit; vt nos si-
de sibi insertos & membra corporis sui fa-
ctos, rursus ad vnum caput adglutinaret,
à quo spiritum, vitam, iusticiam & om-
nia ad salutem pertinentia, in nos deriu-
ta hauriremus, & *κοινωνίαν* Iesū per pecca-
tum amissam recuperantes, rursus cum
Deo & in Deo vniremur.

Ideo enim Filius Dei, Hominis filius
factus est; vt nos homines, naturâ Filij
iræ, rursus in Dei filios adoptaremur. For-
mam serui assumxit, vt nos seruos peccati
& mortis, in amissam libertatem iusticiae
& vitae æternæ vindicaret. maledictum
pro nobis fuit, vt nos à lege maledicti, in
ipso semine Abrahæ benedicto, benedice-
remur; pauper pro nobis factus est, vt nos
ipsius paupertate ditesceremus. Vulnera-
tus est, vt vulnera nostra sanaret: acerbissi-

6 CAVVM ET BENEFICIA

mos dolores & cruciatus perpessus est, vt
nos ab æternis cruciatibus & supplicijs li-
beraret: mortuus est, vt nobis mortalibus
Immortalitatem restitueret: Sabbatum in
sepulcro egit, vt nostra sepulcra sanctifica-
ret, & nobis æterni sabbati honorem, in
lapsu amissum, restitueret. Resurrexit ter-
tia die, vt nos in sepulcris & dormitorijs
nostris cubantes excitaret. Ascendit in
cœlos, vt nobis per peccatum ex coelesti
patria exulantibus, postliminio redditum
in cœlos patesceret. deniq; totum homi-
nem à se assumptum, ad dexteram Dei
patris omnipotentis Glorificauit, vt to-
tum hominem à peccato & morte serua-
tum, æterna vita & gloria ornaret.

Hæc immensa beneficia, FILII DEI
Emanuelis & redemptoris nostri aduen-
tu in carne humana, nobis allata, menti-
bus & pectoribus gratis agnoscamus &
celebremus. ac, vt Angeli recens nato
Christo, Gloriam in excelsis Deo pro hoc
ingenti beneficio canunt, & Nostra causa
lætantur; vt Patres & Prophetæ aduentum
promissi Messiae magno desiderio expe-
tiuerunt; vt Maria, Simeon, Anna, Chri-
stum recens natum osculis dulcissimis
excipiebant: ita nos ipsos & auditores
nostros,

nostros, in huius doctrinæ tractatione, non ad rixas disputationum & argutiarum inextricabilium, sed ad Gratiarum actionem, Fidem, & lætitiam in Deo nobis propter Filium dilectum nobis natum & datum propicio acquiescentem, et veram invocationem, ac studium vicissim Grata Deo dicendi & faciendi excitemus.

Nullum enim Amoris & Misericordiæ Dæ erga nos miseros homines immensæ certius & illustrius hoc mirando fœdere testimonium est: quos non solum initio ad imaginem suam condidit, & diuinæ sapientiæ ac iusticiæ & vitæ lux radijs ornauit, verum etiam amissis, inobedientia primorum parentum, diuinis hisce donis, nos lapsos in peccatum & mortem æternam, non plane perire, sed missi filio vnigenito, & nostræ salutis causa, homine & victima facto, redimere, & in pristinam iusticiæ & vitæ æternæ gloriam restituere clementissime dignatus est.

Nam lata sententia iudicij diuini, Morte morieris, æterno exitio pereundum fruisset hominibus, per peccatum à Dæ auulsis & perditis: nisi Filius Dæ, suam *Χειροτυπηὴν Φιλαθεωσίαν* (Tit. 3.)

A s erga

C A V S A E A S S U M P T I O

erga naturam humanam declarans, ipse etiam suscepisset, ne prorsus periret, sed in massa per Filium D e i assumta, & propter eam, reliquum genus humanum, velut de collo Filij pendens & in humeris illius gestatum seruaretur: & arctissimo nexu cum diuinitate in filio D e i copulatum, rursus cum D e o vniretur. ac ut in persona filij D e i, natura humana restaurata, & plenitudine Gratiae & donorum Iustitiae, salutis ac Vitae, ornata, velut canalis mediis esset, per quem Iustitia & omnia bona diuina, in nos tanquam ex capite in membra cognata emanarent.

Cumq; IUSTITIA D e i immutabilis æquivalentem compensationem & λύτρον pro peccatis exigeret, ordo Iustitiae flagitauit, quia genus humanum peccauerat & morti adiudicatum erat, ut homo iram D e i & Poenam sustineret, & pati ac mori cogeretur. Quare ut sustinere poenam & pati ac mori Filius D e i posset: Hominem eum esse oportuit. Et si enim erat in forma D e i, vere & natura D e u s; tamen semetipsum exinanivit, non exerens semper in praesenti ministerio diuinam maiestatem & potentiam suam, sed formam servi gerens, & plan-

nè similis cæteris hominibus factus, vt cæ-
teras huius miserae & fragilis naturæ hu-
manæ infirmitates, appetitiones, affectus,
dolores, lachrymas, famem, sitim, solo
peccato excepto, ita etiam mortalitatem
assumpsit, vt per mortem destrueret eum
qui mortis habebat imperium. Ebr. 2. &
1. Cor. 15. Quoniam per hominem mors,
per hominem etiam resurrectio mortuo-
rum.

Ideo etiam Filius D[omi]n[u]s ad commu-
nionem omnium operum redemptio-
nis, & officiorum sacerdotij & regni sui,
humanam naturam assumpsit, vt certi es-
semus ad nostram naturam & nos homi-
nes beneficium redemptionis certò perti-
nere, & in temptationibus nostris, aditum
facilem ad Christum fratrem nostrum
nobis patere, & nos à Christo Pontifice &
Rege nostro, cùm sit caro de carne nostra
& os ex ossibus nostris, verè & ardenter
amari, soueri, defendi & saluari certò sta-
tuimus. Ebr. 4. Habemus Pontificem
tentatum per omnia ad similitudinem
excepto peccato. Accedamus igitur cum
fiducia ad thronum gratiæ.

Vt autem hic Pontifex mediator &
redemptor noster, infinitæ bonitatis &
æqui-

æquivalens $\lambda\upsilon\tau\zeta\sigma\gamma\omega$, pro peccato, cuius infinita malicia est, persoluere, & molem iræ D^si ac poenarum sustinere, & in tanta magnitudine dolorum D^ro punient laudem Iustitiæ verè tribuere, & mortem ac diabolum vincere, & Iustitiam & vitam æternam restituere posset. Item ut officia summi sacerdotis ac Regis propria obire, ingredi in sanctum sanctorum, intraspicere pectus patris & corda inuocantium, vbiq; adesse Ecclesiæ, inuocantes exaudire, defendere, seruare, & sapientiam D^si, Iustitiam, vitam, spiritum sanctum & salutem æternam petentibus donare posset: non solum hominem, sed etiam verè & natura D^rv^m esse oportuit. Eiusdem enim erat reficere humanam naturam, qui illam in principio formauebat, cùm non minoris sapientiæ & virtutis esset, recreare hominem, quam initio creare, ait Athanasius.

Et quia per Filium D^si $\lambda\omega\gamma\sigma\tau$, qui est substantialis imago Patris, initio creati eramus, & vitam ac lucem, quæ fuit imago D^si, accepimus: (Iohan. 1.) maxime congruebat sapientiæ D^si, ut idem verbum seu $\lambda\omega\gamma\sigma\tau$, Filius æterni patris,

per

per quem considerat homines λογικὴς,
mediator & redemptor noster fieret : &
Imago patris deformatam in nobis ima-
ginem D^EI instauraret ; & ἀπωγασμα
patris ac vita essentialis, vitam ac lucem
æternam nobis restitueret.

Profectò enim , vt Leonis & Anshel-
mi verbis vtamur : Nisi verbum caro fie-
ri dignatum fuisset , nulla potuisset caro
saluari. Ideoq; facta est duarum natura-
rum vnio , vt quod opus erat fieri ad ho-
minum restitutionē , si humana non pos-
set natura faceret diuina : & si diuinæ mi-
nime contueniret , exhiberet humana , &
non aliis atq; aliis , sed idem ipse esset , qui
vtrumq; perfectè existens , per humanam
solueret , quod illa debebat ; & per diui-
nam posset , quod expediebat .

Cum igitur Norma Iusticiæ diuinæ
æterna & immutabilis esset , vt omnes crea-
turæ rationales D^EO creatori suo , vel
obedientiam integrum sine vlo peccato
& næuo præstarent , & Legi D^EI , quæ
est regula Iusticiæ immota , perfectè
conformes essent , vel pœnam inobedien-
tiæ sufficientem persoluerent : misero ge-
neri humano in peccatum & mortem la-
pso

12 CAVIS ET BENEFICIA

pro æternæ pœnae suissent sustinenda, nisi
Filius D E I immensa bonitate & amore
nostris misertus, Mediator inter D E V U M
& hominem constitutus, pro nobis apud
æternum patrem suum deprecatus fuisset,
ac ut Iustitiae D E I immutabili, non re-
mittenti peccatum sine compensatione
sufficiente satisficeret, & generi humano
cœlestis vita & gloria amissa restituere-
tur: semetipsum obtulit ad pœnam &
placationem iustissimæ iræ D E I. atq; ita
mirando misericordiæ & iusticiæ diuinæ
temperamento, factum est in arcano con-
filio diuinitatis hoc decretum, vt secun-
da persona diuinitatis, Filius D E I, ^{λέγεται}
æternus, perpetuo & indissolubili fœdere
naturam humanam in unitatem personæ
suæ assumeret, & cum ea, ac per eam, om-
nia quæ ad expiationem peccatorum &
restitutionem Iustitiae & vitæ æternæ no-
bis reddendæ pertinent, perageret.

Has causas mirandæ copulationis
duarum in Filio D E I naturarum, & im-
mensam D E I erga nos bonitatem & mi-
sericordiam, qui filium dedit, vt seruos
redimeret; & præ desiderio & amore ho-
minis, non solum sua, verum etiam se-
ipsum impendit, vt hominem recupe-
ret;

ret; reuerenter & attente considerare, & beneficia Filij D e i Emanuelis & redemptoris nostri, grato corde agnoscere, & fidem amplecti; & in doloribus & ærumnis omnibus cogitatione huius mirandi & arctissimi fœderis, quod cum natura nostra Filius D e i fecit, se erigere & consolari; multò ad veram agnitionem Christi D e i & hominis, & ad pietatem veram in animis accendendam, vtilius est, quam fuitiles & inexplicabiles in hac vita quæstiones, & prophanas inanum pietatis disputationum vanitates curiose agitare, quas intra scholarum parietes olim versari solitas, nostra ætate renouatas ad vulgus publicis scriptis magna animorum acerbitate & rabie à quibusdam iactari videmus.

Ah Domine D e v s , exclamat Lutherus, de hoc salutari & consolationis pleno articulo, sine villa dubitatione, & sine rixis, vera fide semper lætari, exultare, laudare D e v m , & gratias agere D e o æterno Patri deberemus, pro inenarrabili hoc misericordia ipsius beneficio, quod Filium suum dilectum nobis similem Hominem & Fratrem nostrum fieri voluit. Nunc per superba & ambitiosa ingenia,

ingenia, Satan tales turbas in hoc articulo
excitat, ut salutare hoc & iucundum gau-
dium, tristissimis dissidijs & certaminis-
bus plane turbetur & perdatur. quod ve-
ris gemitibus deploramus & D^eo con-
querimur.

Hortor itaq; & oro pios, ac in primis
collegas meos & omnes in templis &
scholis docentes, ut in præcipui & lumni-
huius fidei nostræ ac religionis Christia-
næ articuli explicatione, doctrinam vi-
talem & necessariam ad veræ pietatis, timo-
ris D^ei, fidei, invocationis, gratæ obedi-
entiæ erga D^eum, & consolationis ac
lætitiae in D^eo acquiescentis ædificatio-
nem & confirmationem, auditoribus suis
proponant, & à curiosarum disputatio-
num cauillationibus, quæ perniciose du-
bitationes & prophaniatem in mentibus
potius quam veram fidem & dilectionem
in C H R I S T O I B S V pariunt; ad vsum
& applicationem in conuersione ad D^e
v m & quotidianis pietatis & crucis ac
consolationum exercitijs, & lætam grati-
arum actionem totius vitæ obedientia
D^eo præstandam traducant & accen-
dant. & subinde in quotidiana cogitatio-
ne de D^eo & invocatione, has preca-
tiones

tiones Philippi versibus conceptas repeatant.

*Nil sum: nulla miser noui solatia: massam
Humanam nisi quod tu quoq; Christe geris.
Tu me sustenta fragilem, tu Christe gubernas,
Fac ut sim massa surculus ipse tue.
Hoc mirum sedus semper mens cogitet, Gne
Hoc est ne dubita fædere parta salutis.*

Cum autem totius religionis ac fidei Christianæ basis, & æternæ salutis nostræ origo & fundamentum sit, vera agnitus personæ & beneficiorum Filij D^EI Emanuelis & seruatoris nostri Iesu Christi nobis dati & nati: reuerenter & attente ea, quæ in verbo D^EI & veteris ecclesiæ symbolis, de miranda hac duarum in persona Christi naturarum vniōne, nobis tradita sunt, repetemus.

Nec in cœtu piorum vere credente Euangeliō, & statuente ecclesiam D^EI veras de D^EO sententias profiteri, καὶ τὸ ἀντί της τιστὶ οἰχυράπερ τὸν λογικῶν διοδεῖξεν εἶναι: quærere aut dubitare fas est, A N S I T facta hæc miranda FILII D^EI cum natura humana in unam personam copulatio: cùm tot illustribus testimonijs, resuscitatione mortuorum & alijs miraculis, D^AV^I veram &

B certam

certam esse doctrinam ecclesiæ à Christo traditam ostenderit, cuius Testimonia & dicta præcipua, quæ hunc articulum fidei nostræ confirmant, & FONTES AG
FUNDAMENTA sunt, ex quibus tota se-
quens explicatio extruenda erit, paulo
post, velut in tabella brevi, diligenter &
attente consideranda & ediscenda pro-
ponemus.

Prius enim vocabula in Symbolo
Christianæ Fidei nostræ, CREDO IN
IESVM CHRISIVM, FILIVM EIVS
VNICVM, DOMINVM NOSTRVM,
QVI CONCEPTVS EST DE SPI-
RITU SANCTO &c. Definitionibus
perspicuis declarabimus.

Cum enim æterna Beatitudo & salus
nostra in vera agnitione personæ & officij
ac beneficiorum Filij Dei Domini nostri
Iesu Christi posita sit: & tota hæc de Chri-
sto Deo & Homine pro nobis nato, cru-
cifixo, mortuo & resuscitato Doctrina
necessaria, & ad veram pietatem in animis
alendam & consolationem utilis; in Sym-
bolo, quod Apostolicum nominamus,
bono & graui veteris ecclesiæ consilio
breuibus articulis comprehensa extet:
Quorum repetitio & recitatio quotidiana,

na, ad excitandam in animis cogitationem de vero Deo, & præcipuis Deo operibus, ac beneficijs Christi; & hæc, voce C R E D O , nobis applicanda; & alijs gravissimis de causis, assidue in Invocatione ab omnibus pijs attentè suscipienda est: prodest declarationes singuloruin articulorum breues, ex testimonijs Doctrinæ Apostolicæ extructas, sæpe iunioribus inculcati.

Credimus igitur & omnem Iustitiae & salutis nostræ præsentis & æternæ fiduciam collocamus in Dominum & seruatorem nostrum I E S U M C H R I S T U M , qui est Persona, in qua duæ naturæ, Divina Filij D E I λόγος, ὁμογενὴ καὶ οὐαί-δης D E O Patri æterno, & Humana, ex Maria virgine, semine David & Abrahæ orta, nobis hominibus ὁμογενὴ, æterno & indissolubili foedere in unam Hypostasin unitæ sunt: immediate vocata à Deo patre, & vincita plenitudine Spiritus sancti, ut sit S U M M U S S A C E R D O S T E R H A L L E N U S R E X E C C L E S I A M suæ, E M A N U E L , no-
ster Mediator, Redemptor, Iustificator &
Saluator. Qui arcana voluntatem D E I
de redempzione & salute hominum per
Euangelium patescit: & deprecatur, ac Regis officia
victima n a e n o l u n t .

victima fit pro genere humano; ex quo æternam Deo per ministerium Euangeli Ecclesiam colligit, cui sua intercessione, merito & efficacia remissionem peccatorum Iustitiam & salutem æternam impletat & applicat, eamq; in hac vita verbo & Spiritu sancto regit, & pressam cruce mirabiliter aduersus diabolos & Tyrannos defendit, & Inuocantem exaudit, & tandem ex morte resuscitatam ornabit vita & gloria æterna.

Hæc qualiscunque Personæ Iesu Christi descriptio, partim à forma substantiali, partim ab Effectibus seu officijs sumpta est, quorum appellations primum breuissime declarabo. ac eruditiores oro, ut hanc puerilem operam, ruditioribus nauatam, boni consulant.

Iesus proprium huius Personæ nomen quod Ebræi, יְהוָה יַעֲשֵׂה Iosua, Græci & latini, addita terminatione S, suæ linguae conueniente, Iesus scribunt; Latinè Seruatorem, opem & salutem populis ferentem, seu liberatorem significat, sicut etymologiam Angelus Matth. 1. exponit. Et si enim Iosua seu Iesus filius Naue, & Iesus filius Iosedech, & Syracides, & alij, idem nomen usurparunt:

parunt: tamen κατ' ἐξοχὴν soli Christo congruit, qui solus populum à summis & æternis malis saluat, à quibus nulla alia creatura liberare homines potuit.

Esa. 33. DOMINVS Rex noster, Ipse salvabit nos, ac nomini Iesu ισαδωμένου & cognatae voces, Σωτῆρ (vt Theocritus, αὐθεῶν σωτῆρα Μητρὸν ἡδη ἔστιν, celebrat) ἀλεξανδρῷ, ἀλεξικανῷ, Ludolphus Euthyliss / HEILAND q. d. Landes heil / vel ab heilen / à sanandis vulneribus nostris lethalibus, iargos, θεραπεῖς, vt Epiphanius contra Nazaraeos interpretatur, respondent.

X P I S T O S , vt Ebraicis פִּישׁ propriè officij nomen est, quod vncatum significat, vt non soli Iesu Christo, sed omnibus regibus & sacerdotibus, vt Sauli 1. Reg. 24. Cyro Esaiæ 45. & alijs tribuitur, quia oleis certis, quorum Exod. 30. 1. Reg. 1. mentio fit, vngi reges & sacerdotes in populo Iudaico solebant. Qua vntione, donatio & Gubernatio spiritus divini significabatur, Actor. 4. 10. Es. 61. 1. Ioh. 2. Vnctionem habetis à sancto. Cūm autem Filius Dñs dominus & ser-

uator noster IESVS CHRISTVS, sit
summus monarcha seu Rex & Pontifex
ecclesiae suæ; vncius plenitudine Spiritus
sancti & totius diuinitatis: κατ' εξοχην
ipfi, ut nomen Iesu, ita etiam CHRISTI
& Messiae, accommodatur. Et quan-
quam Vigilius ait, Christum, non Verbi,
sed carnis proprium esse nomen: tamen
vtranque naturam, Diuinam vnguen-
tem, & carnem vnciam, simul signi-
ficati; nec soli verbo, neque etiam modo
Homini assumpto (vt Nestorius, Mari-
am θεογονιαν, non θεοτοκην nominari
volebat) sed Verbo incarnato, seu perso-
næ secundum vtranque naturam, tribui
constat. vt in veteri testamento etiam pa-
triarchæ & prophetæ, IESU CHRISTI,
seu saluatoris & Messiae nominibus vñ
fuerunt, vt Iacob inquit: יְשַׁעֲתָךְ קֹרֵה תִּהְיֶה
יְהוָה IESVM seu saluatorem tuum ex-
pecto DOMINE. Et David Psal. 14. Quis
dabit ex Sion, יְשֻׁועָתְךָ מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל IESVM seu Sal-
uatorem Israel. Es. 52. Parauit DOMINVS
brachium sanctum tuum in oculis omni-
um gentium & videbunt omnes fines
terræ, יְשֻׁועָתְךָ מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל salutare DEI nostri. A-
bac. 3. Exultabo in DKO IESU meo.
M 4

M^{ES}SI^A seu Christi nomen Psal. 45.
Ez. 61. Dan. 9. & alibi usurpatum. & qui-
dem ex Psalmo 45. sumptum esse conser-
taneum est: Vnxit te, o D^EV^S, D^EV^S
tulus, oleo lætitiae propter consortes tuos.
O vnde æterni læto spiramine patris gna-
te D^EV^S socios vngito Christe tuos. Nazi-
anzenus argutè & venustè, vt opinia, no-
minis rationem his verbis explicat.

X^Eριστ^{ος} οὐκέτι θεός τοι^ς Ιεόθη^ς. X^Eριστ^{ος} γάρ αὐτη^ν
της αὐθεωαύτητ^{ος}, τοι^ς Κ^{ληρονία} κ^{αὶ} τοι^ς
ἄλλης Χ^{ριστ}ους άγιάζου, παρεστά δε ὅλε^s
τοι^ς Χ^{ριστ}ους, ης ἔργον, αὐθεωαύτου ἀκούοντ^{αι}
τοι^ς Χ^{ριστ}ους, καὶ πινοντ^{αι} θεὸν τὸ ζειόμενον.
Christus dicitur propter Divinitatem,
quæ vngit humanam naturam, non effi-
cacia tantum, vt alios Christos sanctificat,
sed præsentia totius vngentis (personalis)
cuius effectum est, vt Vngens (D^EV^S)
Homo nominetur, & vncatum (Homi-
nem) D^EV^M faciat. Vncti igitur Sacer-
dotis & Regis appellatio, Christus est.
Sunt autem Sacerdotis officia patefacere
& docere Euangelion. Matth. 11. Ioh. 1. 6.
Orare pro Ecclesia. Ebr. 7. 9. Ioh. 17. Ro-
man. 8. Sacrificio suo iram D^EV^S placare.
Ebr. 9, 10. 7. Et Benedicere seu meritum.

ac beneficia sua credentibus applicare
Ebr. 7. Ioh. 17.

R E G I S officia sunt, 1. Colligere ex
toto genere humano æternam Ecclesiam,
ipsi Regi subiectam & seruientem. Psal. 2.
72. Matth. 28. Mart. 16. 2. Spiritualia &
æterna bona subditis impertire, Ioh. 17.
Dedisti ei potestatem omnis carnis, ut o-
mne quod dedisti ei, det eis vitam æter-
nam. Iohan. 3. 6. 3. Regere Ecclesiam
verbo & spiritu sancto Matth. 28. Euntes
docete Act. 1. loquetur tibi verba per quæ
saluaberis. Rom. 8. Qui Spiritu D e s i re-
guntur. 4. Defendere Ecclesiam pres-
fam cruce Ioh. 10. Oves meas nemo rapi-
et ex manu mea. Matth. 16. Portæ infero-
rum non præualebunt aduersus eum.
Rom. 8. Cohæredes Christi siquidem si-
mul patimur, simul etiam glorificabi-
mur. 5. Resuscitare ex morte. Ioh. 6.
11. Cor. 15. 6. Ornare vita & gloria
æterna. Dan. 12. Ioh. 3. 6.

Nomen E M A N U E L וְמַנְיָא
N O B I S C V M D e u s , tribuitur Chri-
sto, primum propter assumptionem No-
stræ naturæ, quia Ιεροθεωρία, D e u s
H O M O & frater noster, & caro de car-
ne nostra, os ex ossibus nostris factus
est.

est. Iohan. 1. Ebr. 2. Deinde ratione Intercessionis, quia PRO NOBIS æternum patrem Deprecatur Ro. 8. Ebr. 7. Ioh. 17. Tertiò propter Redemptionem, quia PRO NOSTRIS peccatis se in mortem tradidit (Galat. 2.) & λύτρον persoluit (1. Timoth. 2. Matth. 20.) seu pro Nobis peccatum & victima factus est 2. Cor. 5. Quarto, propter sanctificationem, Quia IN NOBIS fide cum agnoscensibus habitat & corda regit ac sanctificat. Gal. 2. Eph. 3. Quinto propter Defensionem. Quia APVD NOS in omnibus periculis doloribus & morte ipsa præsens est Emmanuel noster ubique protegens & saluans nos Psal. 91. Matth. 28. Psal. 46. Dominus ZebaOTH. Nobiscum protector noster Deus Jacob. Sic euolutum & explicatum verè Magnum esse intelligitur NOMEN DOMINI EMANUEL, quod Mariæ virgini per angelum Gabriel Luc. 1. & Matth. 1. annunciatum est.

Cæteræ appellations, interdum angustius, interdum latius pro omnibus officijs Christi partibus, usurpantur, ac MEDIATORIS nomine, totius sacerdotij & redemtionis officium plerunque complectimur. Propriè autem MEDIATOR,

B 5 respectu

respectu Intercensionis & Deprecationis
pro ecclesia perpetuae dicitur.

R E D E M P T O R, respectu satisfactio-
nis seu persolutionis λύσεως & poenarum
pro peccatis generis humani. **I V S T I -**
F I C A T O R, respectu applicationis suo-
rum beneficiorum, & Efficaciam in recon-
ciliatis. **S A L V A T O R**, respectu Finalis
liberationis & Glorificationis in vita æ-
terna, & gubernationis ac defensionis ec-
clesiae in hac vita, tametsi, cum seorsim
ponitur, omnia Beneficia Christi simul
complectitur. Hæc de officij appellatio-
nibus breuiter iuniorum causa monui.
Nunc ad **P E R S O N A E C H R I S T I** de-
scriptionem redco, cuius

P A R T E S docendi causa nominari
possunt, **D uæ Naturæ**, Diuina Filij
D e i λόγος, & Humana ex Maria virgi-
ne assumpta: εξ ων, κατισ, καὶ αὐτὸς ἐστι
ex quibus constat Christus, & in quibus
subsistit, & est utrumque, non quod ex du-
abus, vna composita natura (neutri ea-
rum, ex quibus componitur, consubstan-
tialis) sed vna composita Hypostasis ex
diuinitate & humanitate facta sit: sicut
plus quam decies Damascenus lib. 3. cap.

3. 4. 5. 7. 16. lib. 4. cap. 5. 19. compositam.
 Hypostasin nominat. & τίς εἰ αληθα
 μερῶν περιχώρησιν. Augustinus personam
 Christi ex Deo & Homine constare ait.
 Nazianzenus eam, quæ prius ἀσύζητο
 fuerit, Filij Dei λόγος hypostasin, nunc
 ασύζητον esse, adfirmat.

Cum autem de rebus ipsis constet:
 nolim de partium aut compositionis vo-
 cabulo, cum quoquam litigare. Sed diui-
 nae in Christo naturæ, quam Filij unici
 Domini nostri appellatione Symbolon
 exprimit; descriptionem ex primo capite
 Iohannis adiungemus.

FILIVS D E I λόγος seu VERBVM,
 est secunda persona Diuinitatis, ab æterno
 genita de essentia æterni patris, & substan-
 tialis ac integra Imago patris. Qui Filius
 λόγος, cum sit verè & natura D E V S, co-
 æternus et ὁμοός æterno Patri, Dicen-
 do omnes res alias ex nihilo creauit, &
 promissionem Euangelij, qua lucem verae
 agnitionis D E I, iusticiam & vitam æter-
 nam in cordibus accedit, primus ex ar-
 cano sinu Patris protulit, & constitutus
 mediator, caro factus est, hoc est, huma-
 nam

ΛΟΓΟΣ

Ioh. ii.

pam naturam ex substantia Virginis Mariæ sumtam, æterno & indissolubili sœdere sibi copulauit, & pro nobis factus est sacerdos & victimæ tollens peccata mundi, & donans ihs, qui in ipsum credunt & per euangelion & spiritum sanctum ex Dño renascuntur, gratiam seu gratuitam remissionem peccatorum, & veram noticiam Dni, veram Iusticiam, adoptionem in filios Dni, spiritum sanctum & salutem æternam. Hæc ferè summa est doctrinæ de Filio Dni, in primo capite Iohannis propositæ, ad quam singula membra narrationis in Iohanne studiosi apte referent.

Nominatur autem FILIVS, quia eiusdem cum Patre naturæ, & de essentia Dei Patris ab æterno natus est, Deus de Deo, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero, genitus, non factus, consubstantialis patri. His enim verbis Synodus Nicena, appellationem Filij in Symbolo Apostolorum declarauit, quæ in veteri etiam testamento, Psal. 2. 72. Propterea Dan. 3. extat.

VNICVS seu Unigenitus (Ioh. 1. 3. & 1. Ioh. 4.) quia in Deitate fratrem non habet: ac ut discernatur à sanctis, qui sunt Filij

lij adoptione seu Gratiâ, non naturâ. Roman. 8. Gal. 4. Eph. 1. Elegit nos in adoptionem Filiorum Dei per Iesum Christū. Vnictis enim naturâ Filius D e i, propter nos misericordiâ factus est Filius hominis, ut nos naturâ Filij iræ, Filij D e i per ipsum Gratiâ efficeremur, inquit Augustinus.

Vt autem Vnigenitus, quod post eum nullus genitus fit, sic PRIMOGENITVS, quod ante eum nihil extiterit, appellatur Ebr. 1. Syrac. 24. Coloss. 1. Primogenitus omnis creaturæ, id est, ab æterno ante omnes creaturas ex substantia D e i patris genitus.

Est etiam inter fratres Primogenitus (Rom. 8.) nam et Vnigenitus ex matre existit, & natura filius D e i frater noster assumpta humana natura factus, dignitate omnibus fratribus antecellit, (Ioh. 20.) Ascendo ad patrem meum (naturâ) et patrem Vestrum (gratiâ) et omnia primogenitorum priuilegia, Imperium et sacerdotium in tota D e i familia, et hæreditatem ampliorem obtinet, et alioquin primas inter omnes fratres, tum in cruce abiectissimus omnium hominum factus, tum in Glorio, nomen super omne nomine adeptus, tenet.

*Lib. 21. de
Civit. Dei
cap. 15.*

Hunc

Hunc Filium Dei Unicum, DOMINUM nostrum vocamus, primum ratione Essentiæ, quod sit I E H O V A, verè et natura Deus, conditor omnium rerum et conseruator. cuius proprium nomen, quo ab omnibus alijs commenticijs numinibus discernitur, I E H O V A, latine DOMINVS reddiderunt. Exod. 20. Ego sum DOMINVS Deus tuus. Esa. 42. EGO DOMINVS, hoc est nomen meum & Gloriam meam alteri non dabo. Jerem. 23. Hoc est nomen, quo vocabunt Ger-
men Davidis, I E H O V A, Iustitia nostra.

Deinde respectu nostri seu ratione Domini et Imperij, quo sibi nos, iure creationis, Redemptionis, protectionis, et perpetuæ erga nos bonitatis & infinitorum beneficiorum, tanquam vasallos et seruos, ad subiectionem & obedientiam fidem obligatos & deuinctos habet.

In primis vero emphasis Pronominis NOSTRVM expendatur, quod applicatiōnem, seu usum & praxin totius doctrinæ de Deo & omnium Christi beneficiorum & cultuum ipsi vicissim exhibendorum, & fontem omnium consolacionum, morbis, morti &c. opponendorum, continet. Dominum NOSTRVM qui nos

nos condidit, & Nos in peccatum & mortem lapsos & Satanae mancipia factos, redemit. Ergo vicissim Nos totos, ut ipsius proprium peculium ipsi dedere et subiucere ac obedire debemus. Tanto nos amore complectitur hic D O M I N V S, ut seipsum pro nobis in mortem dederit, & quotidie Nos alat, iuuet, defendat, gubernet, & ab omnibus malis liberet & saluet. Ergo amantem et benefacientem Dominum vicissim toto corde diligamus & grati celebremus. Iudicat & punit Nos delinquentes Job. 9. Verebar omnia opera mea, sciens quod non parcis delinquenti. Quare vero corde eum Timeamus. Promittit Nobis ad se conuersis remissionē peccatorū, & pollicetur se omnibus inuocantibus eum ad futurū esse. Firma igitur fide in ipso nobis propitio adquiescamus, & in omnibus periculis eum inuocemus. Deus Noster, Deus ad saluandum, & Dominus DEVS educens ex morte, & vita ac gloria æterna credentes ornans. Etiam si igitur ambulauerō in valle umbrae mortis, non timebo mala, quia tu (Domine vita & salus mea) mecum es. Sic totum Psalterium, & tota fere Biblia, Pronominis huius, in Symbolo, & in pri-

mo præceptio, Ego sum Dominus D^SV^S
T^v v^s, declarationem, praxim & appli-
cationem continet. de qua, audientes, ad
aram, Sacerdotis nos alloquentis salutati-
onem, D O M I N V S V O B I S C V M, quoti-
die cogitemus.

Declaravi vtcunq; vocabula in se-
cundo articulo symboli usurpata, qui-
bus cæteras etiam Filij Dei appellations
præcipuas, quæ partim essentiam ipsius,
partim officium & beneficia describunt,
adiungam.

ΛΟΓΟΝ seu V E R B U M, nominat
Iohannes duplici respectu, Patris, & no-
stri. ὅπις ἔτις ἔχει τοῖς πατέραις, ὡς
τοῖς νῦν λόγοις, & μόνον οἷς τὸ ἀπο-
θέτης τῆς ψυχήσεως, ἀλλὰ καὶ τὸ σωματίς,
καὶ τὸ εἰδαγελπικόν. quia sic habet ad pa-
trem, sicut Verbum ad mentem, non so-
lum quia sine passione genitum, sed et-
iam quia perpetuò coniunctum est patri,
& quia voluntatem Dei arcanam nobis
annunciat, inquit Nazianzenus. Maxi-
mè autem illustris & dulcis est hæc poste-
rior appellationis ratio, quod Filius est
orator & Internuncius æterni patris ad
genus humanum, Qui admirandum
consilium

consilium creationis & Redemptionis
Dicendo patefecit, & promissionem gra-
tiae ab initio ecclesiæ anunciauit & elocu-
tus est, & per verbum Euangelij efficax,
lucem veræ agnitionis Dei, & veram
consolationem ac vitam in cordibus Di-
cendo accedit. Ideoq; Verbum Viræ I.
Ioh. 1. dicitur, quod nos per Verbum vi-
uiscet. Psal. 119. Hæc est consolatio mea
in afflictione mea. Verbum tuum viuifi-
cat me.

Deinde et altera ratio sublimior & ob-
scerior in dicto Nazianzeni consideretur,
Quod λόγος est Imago mentis pater-
nae. Ut enim verbum mentis seu cogita-
tio, imago est rei cogitatæ, & verbum o-
ris, seu ore prolatus sermo, effigies est co-
gitationum mentis: ita Filius D e i totius
sapientiæ & essentiæ paternæ expressa
Imago & effigies est. sicut Ebr. 1. χαρα-
κτήριος της καρδιας αιτία, expressa I M A G O
go substantiæ seu personæ patris voca-patris.
tur, quia non tantum ut homo, D e i Imagi-
go est, similitudinem aliquam Diuinæ lu-
cis, sapientiæ discernentis recta & prava,
liberæ voluntatis, iusticiæ, Φιλοσοφίας
& cæterarum virtutum habens, sed essen-

tiæ paternæ identitatem totus totius cx-
primit, & patri non solum $\overset{\text{omni}}{\text{o}}\mu\sigma\tau\overset{\text{G}}{\text{o}}$, ve-
rū etiam $\overset{\text{omni}}{\text{o}}\mu\sigma\tau\overset{\text{G}}{\text{o}}$ est, ita ut $\tau\alpha\tau\omega\tau\mu\tau\mu$
potius cum archetypo, quam $\overset{\text{a}}{\text{o}}\mu\sigma\tau\overset{\text{G}}{\text{o}}$
 $\overset{\text{a}}{\text{o}}\mu\sigma\tau\overset{\text{G}}{\text{o}}$ hæc Imago existimari debeat.

Deinde totus Filius Deus & Homo est
Imago Dei inuisibilis. Colof. 1. ratione pa-
tēfactionis Dei erga nos, cuius non solum
omnipotentia, maiestas, sapientia, iustitia,
verum etiā bonitas & amor ac misericor-
dia erga genus humanum immensa, quæ
nullius angeli auctoritatis acie alioquin
cerni & agnosci potest, in VERBO incarna-
to seu Filio natura humana induito fulget
ac splendet, & in hoc Verbo tanquam in
speculo nobis videnda & palpanda exhibi-
etur, ac verē Talis est Deus, qualem $\lambda\ddot{\text{o}}\text{y}\overset{\text{G}}{\text{o}}$
 $\lambda\ddot{\text{o}}\text{y}\overset{\text{G}}{\text{o}}$ in verbo ostendit & annunciat. Ioh.
14. Qui videt me, videt patrem.

Tertio. Quia hæc Imago D^es in substan-
tialis, deformatam & amissam in nobis
Imaginem Dei per verbum instaurat. 2.
Cor. 3. Nos reiecta facie Gloriam D^ei
(Filiū Dei $\lambda\ddot{\text{o}}\text{y}\overset{\text{G}}{\text{o}}$ sucentem in nobis, &
verbō suo nobis iustitiam & misericordi-
am Dei ostendentem) intuentes (fide) in
eandem

candem imaginem (verbi in nobis lumentis) transformamur à gloria (agnitione filij) in gloriam (ad agnitionem æterni patris , seu crescente in nobis luce agnitionis D 21) tanquam à Domini Spiritu (simul mutante corda & nouas flamas in cordibus accendente .)

Ibidem ἀπειρατη τῆς δόξης , Splen-
dor Gloriæ , seu lucis paternæ , seu ut Sym-
bolum Nicenum reddidit , Lumen de lu-
mine , nominatur , quæ descriptio non so-
lum coæternitatem Patris & Filij (nam
splendor ab alia luce propagatus , tem-
pore simul est cum luce , à qua spargitur) &
μορφή luminis cum lumine seu Deo
patre , qui Lv x purissima est (1 , Ioh . 1 .)
& pater luminum Iacob . 1 . declarat : ve-
rum etiam totam plenitudinem Lucis , sa-
cientiæ , iusticiæ & bonitatis Divinæ , in
humana Christi natura fulgere admonet ,
& per eam in nos diffundi illius radios , &
Filiū esse fulgorem seu λόγον ostenden-
tem nobis sapientiam , iustitiam & misé-
ricordiam patris erga credentes .

Quod si eadem appellatio est cum
לְבָשָׂר (Ezech . 1 . 8 .) quod lucidissimum

C 2 fulga-

fulgorem, qualis est AERIS candens seu
orichalci in fornace ardentis (Apoc. 1.)
significat: consentaneum est, hinc sum-
ptam esse similitudinem ferri igniti, quam
tota vetustas, admirandæ vñionis Diuinæ
& humanæ naturæ declarationem adhi-
buit.

Eadem ferè ratione, SOL Iustitiae, &
LUX mundi, & lux vera illuminans ho-
mines vocatur (Malach. 3. Ioh. 1. 8.) non
solum ratione essentiae diuinæ, omni luce
purioris, & sole ipso splendidioris: sed
quia, ut SOL lucem toti mundo, & calo-
rem ac vim vivificam omnibus rebus na-
scientibus, impertit: ita Christus, tenebras
ignorationis Dei, peccati, et mortis, ex cor-
dibus hominum dispellit, & lucem veræ
notitiae Dei, veræ iustitiae, & vitæ æternæ
in eis per verbum euangeliū accendit, for-
uet, alit, & conseruat: non tantum ut A-
postoli & cæteri docentes, ministerio &
propagatione doctrinæ, sed ut Λόγος,
fons doctrinæ, & meritum iustitiae & sa-
lutis æternæ, & propria potentia per mi-
nisterium efficax ad salutem omni cœ-
denti.

SAPIENTIA nominatur apud Salo-
monem. Proverb. s. & Syracidem & Pau-
lum

Ium 1. Cor. 11. vbi Christum D^EI sapientiam & D^EI virtutem nominat, quod sit persona, per quam æternus pater arcanam sapientiam euangelij de redemptione & salute hominibus per Christum crucifixum donanda patefecit, & nos sapientes seu recte D^EV^M agnoscentes & colentes efficit, & potentia diuina colligit & salvat Ecclesiam. non quod pater insipiens tantum Filij sapientia sapiens sit, sed filius est sapientia genita seu λόγος (dictus) qui inde ab initio in ecclesia concionatur, & legem ac euangelion patefacit ac illustrat.

Ideo ibidem à Paulo Christus nobis à Deo factus esse sapientia dicitur & Iustitia & Sanctificatio, non tantum quod ipse essentialiter Iustus & Sanctus, omnisque peccati & labis expers sit, sed quia nostra Iustitia & obedientia perfectissima, nobis imputata & donata, fide Gratis Iustificat, non imputans nobis peccata, sed iustos ac sanctos reputans, perinde ac si ipsi obedientiam legi debitam præstitimus. Deinde Spiritu sancto suo, nouam Iustitiam seu conformitatem cum lege Dei in reconciliatis efficit, quæ propriè sanctificatio nominatur, & in vita æterna,

na, ciam similes ei erimus, consumabitur.
Redemptio, non solum quia liberat nos à
Morte & omnibus malis, sed etiam quia
hæc persona Christus D e u s & homo,
precium seu *αιτίαν τεσσαράς*, pro liberatione
nostrí ex seruitute peccati & mortis, per-
ficit.

Via.

VIA, VERITAS & VITA nomi-
natur Iohan. 14. quia est monstrator &
dux viæ, per quam in cœlum venimus, seu
ipse dicit & gestat nos ad æternum pa-
trrem; & est **VERA X** fons & conserua-
tor veræ doctrinæ, & nos veraces, id est,
vere agnoscentes & inuocantes **D E U M**
efficit.

Vita.

Sic **VITA** est primum eadem
ratione, qua Iehoua, essentia æterna & im-
mutabilis, à qua omnes res cæteræ essen-
tiā & vitam animalem & spiritualem
καὶ θεολογίαν τημόριματον διώματον,
accipiunt. Filius enim in quo vita erat
(Ioh. 1.) in prima creatione indidit ho-
minibus lucem & vitam, quæ fuit vera a-
gnitio **D E U S**, & vita seu agitatio & motus
voluntatis & cordis perfecte obediens le-
gi diuinæ, & lætans in **D E O**. Hanc vitam
per peccatum amissam, Filius **D E U S**, qui
est lux & vita essentialis, per euangelion &
spiritum sanctum in nobis restituuit, & nos
à mor-

a morte animæ & corporis liberatos resuscitat, & vitam ac gloriam æternam impertit.

Harum appellationum Filij D^es, quæ partim essentiam ipsius & naturam, partim officium & beneficia describunt, declaratio, ad veram agnitionem Filij D^es Domini nostri Iesu Christi utilis est, & multis verbi diuini concionibus lucem adserit.

Quod autem FILIVS D^es Domini noster Iesus Christus sit veré & natura D^eVS, D^eO patri ὥμοσα, nec tūm primum esse & subsistere cōperit, cūm ex Maria virgine conceptus & natus est, sed ante mundi principium ab omni æternitate D^eO patri æterno ὥμοαι, fuerit perspicua & immota Verbi Diuini testimonia & argumenta inde extructa confirmant, quæ in loco de D^eO & de tribus personis diuinitatis ὥμοσίαι, mediocri diligentia collecta huc assumantur. Roman. 9. Christus est super omnia D^eVS benedictus in secula. 1. Ioh. 5. Sumus in vero, in Filio eius Iesu Christo, HIC EST T^VERVS D^eVS. Ierem. 23. 33. Hoc est nomen, quo vocabunt cum I^EH^OV^A Iu-

stitia nostra. Psal. 45. Sedes tua, o D e u s,
in seculum seculi, & paulo post, Vnxit te,
o D e u s, D e u s tuus, Et concupiscat
Rex decorum tuum, quoniam ipse est le-
houa D e u s tuus, & adorabunt eum. Io-
han. 1. In principio (illo, de quo Moses
loquitur, In principio creauit D e u s cœ-
lum & terram) E R A T ΛΟΓΟΣ (hac
persona Filius D e u s, quæ postea caro facta
est seu humanam naturam assumpsit) &
λόγος erat apud D e u m (persona distin-
cta à D e u o patre) καὶ Ἰησος οὐ λόγος,
& λόγος erat D e u s. Nam articulus
ostendit λόγον loco subiecti, & D e u m
velut vocabulum communius, loco præ-
dicati, collocandum esse. Adfirmat igitur
τὸν λόγον, qui postea homo factus est, ve-
rè et natura D e u m, essentiam æternam,
omnipotentem, bonam, veracem, iustum,
omnium rerum conditricem & conser-
uaticem esse. sicut ipse, quid nominet
Deum, declarat, scilicet creatorem cœli et
terræ : cum statim addit, Omnia per i-
psum facta esse. Non igitur locus est hic
cauillationi de ambiguitate nominis
D e u s, quod aliás gerentem officium
diuinum, vel gubernatorem diuinis do-
nis

nis ornatum: sed propriissimè D E U M
creatorem cum patre, ὁμοστον patri, non
metaphorice aut nuncupatioue tantum,
sed vere et naturā Deum significat.

Hic F I L I V S D E I V N I G E N I T V S, D O -
M I N V S noster, D E O patri æterno ὁμοσ-
τον. Καὶ οὐαίδι, D E V S de D E O , lu-
men de lumine, Deus verus de D E O ve-
ro, consubstantialis Patri, per quem om-
nia facta sunt; expleto tempore Diuini-
tūs constituto iuxta promissiones patri-
bus & prophetis datas (Eia. 7. Ecce
virgo concipiet Emanuelem, Gen. 49.
veniet S I L O H seu fœtus virginis. Gen. 3.
Semen mulieris,) propter nos Homines
& propter nostram salutem Descendit de
cœlo, & Incarnatus seu C O N C E P T V S
E S T D E S P I R I T V S A N C T O E X M A -
R I A V I R G I N E, E T H O M O F A C T V S
E S T .

Anno mccc-
di 3061. ann-
o à Vatis-
nio Jacob de
S I L O H .
1706. apro-
phetia Esa-
ia de Ema-
nele 750.

Est autem C O N C E P T I O seu I N C A R -
N A T I O F I L I I D E I , miranda & ineffa-
bilis copulatio & vno duarum natura-
rum, Diuinæ Filij Dei, de substantia æter-
ni Patris ab æterno genitæ, & H U M A N A
ex substantia Mariæ virginis (Spiritu
ancto operante) in unitateni personæ

C S Filij

Filij Dei assump^tæ, facta mirando confi-
lio diuinitatis IN CHRISTO mediatore,
vt sit EMANUEL, ac nexus nostræ cum
Deo reconciliationis, & vnionis per pec-
catum ruptæ, denitio instaurandæ; nobis
quidem vt Homo, DEO autem Patri
Deus, natura vnitus, vt hoc mirando fa-
dere immensam erga nos bonitatem &
Φιλανθρωπίας suam declaret, & sira In-
tercessione ac λύτρω sufficienti, placans
Iustissima Ira DEI aduersus peccata gene-
ris humani, Gratiam Dei, iustitiam, vitam
ac Gloriam æternam hominibus refi-
tuat.

Vt autem in articulis Fidei necesse est,
initiò FONTEs et FUNDAMENTA Do-
ctrinæ de Incarnatione Filij Dei, & TE-
STIMONIA de Duabus in Redemptore
nostro Iesu Christo naturis, personaliter
vnitis, præcipua, verbo Dei reuelata, in
conspictu sint, quibus Fidem nostram
confirmemus. Ordinemur itaque à Iohan-
nis dicto, qui Euangelium suum ab hoc
articulo exorsus est, vt in illustri loco
Testimonium de diuina persona & In-
carnatione Filij DEI extaret. Sententia
igitur de Diuinitate Filij DEI, paulò ante

ex Iohanne recitatis, hæc breuis & sublimis concio addatur, & collatione sequentium dictorum Apostolicorum, quæ vel ut digitum in eam intendunt, eamque perspicue declarant, illustretur.

Ioh. 1. VERBVM CARO FACTVM
EST, & HABITAVIT in nobis, & vidi-
mus Gloriam eius, quasi vnigeniti à Pa-
tre, hoc est, VERBVM seu Filius Dei uni-
genitus, (qui est secunda persona diuini-
tatis ὁμοούσιος καὶ συνάρτητος æterno
patri, λόγος τοῦ οὐρανοῦ, & ἥπητος, per quem
omnia creata sunt) CARO seu HOMO
infirmus & mortalis FACTVS EST:
non quod mutata aut conuersa sit natu-
ra Diuina ἡ λόγος in carnem, sed ita vt
manens quod erat Filius Dei vnigenitus, Habitavit
in Nobis.
ἀρετῆτως καὶ ἀσυγχύτως HABITET in
carne seu Humana natura à NOBIS af-
sumpta, non tantum vt in cœteris rebus
creatis et hominibus sanctis, effectiue, seu
præsentia & inhabitacione separabilij,
multo minus assistentia tantum, vel soci-
etate dignitatis, vel auxilio, sed σωματi-
κῶς, sicut anima in corpore humano
habitat, ita vt hæc caro, verbi seu Filij D E I
propria caro sit, in qua tanquam in pro-
prio

prio templo habitat, & cum qua in unam
individuam personam adiungentes nos à
Xwēisw̄s coalescit, per quam omnia, que
ad salutem nostram pertinent operatur,
& illustribus testimonij miraculorum ē
verē & natura Deum & vnigenitum à pa-
tre filium certò demonstrat.

HABITAT enim in homine Christo
tota plenitudo Deitatis Filij Dominus Ihesu Con-
PORALITER, hoc est, non tantum ut in
cæteris rebus creatis, sua essentia, potentia
& efficacia vel particularibus donis, ve-
rum ita ut Filius Dei (qui est) plenus &
perfectus Deus, huic proprio corpori suo,
seu carni assumptæ, personaliter vnitus
sit, cui non aliqua tantum dona, vt Petro
aut Paulo, sed totam plenitudinem Dini-
tæ maiestatis, sapientiæ, bonitatis, poten-
tiæ, iustitiæ, Gratiaæ, Veritatis & Vitæ sunt,
per gratiam vniōnis communicat, ut ex
hac plenitudine in naturam Christi hu-
manam, nobis cognatam effusa; & ple-
nissimo meritorum Christi thesauro, Nos
omnes, Gratiam & veritatem, veram agni-
tionem Dominus, veram Iustitiam, vitam, & o-
mnia ad salutem nostram pertinentia ac-
cipiāmus. Hæc qualiscunque insignis hu-
ius sententiæ paraphrasis sit, quæ multo
illustrior

illustrior futura est, cùm verba singula ordine euoluentur, & collatione aliorum scripturæ dictorum illustrabuntur.

Tota igitur præcedens concio Iohan. 1. In principio erat verbum, & verbum erat apud D **E** s v **M**, & D **E** s v **S** erat Verbum, Omnia per ipsum facta sunt &c. quæ **ωντας** **ωροχαρια** seu descriptio personæ Filij D **E** s, λόγος, seu diuinæ in Christo naturæ est, vna cum explicatione singularem illius partium in euangelio Iohannis tradita, ad illustrationem primæ uocis in hac propositione **V E R B U M C A R O** factum est, adhiberi à studiosis potest.

Altera vox **C A R O**, totum hominem corpore & anima rationali constantem, & communi hominum infirmitati & mortalitati subiectum denotat. Es. 40. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Ephes. 6. Non est nobis lucta aduersus carnem, id est, aduersus Hominem imbecillum, Gal. 1. Contuli non cum carne & sanguine, id est, cum nullo homine contuli.

Nec solum corpus, sine anima inteligi, vt Apollinaris interpretatus est: demonstrant dicta, in quibus Homo, & Filius

lius Hominis, & quidem expressa mente
ione Animæ & corporis, & proprietatum
illius naturalium nominatur. Ioh. 14.
Ego pono animam meam, & rursum af-
sumo eam. Matth. 20. Venit Filius ho-
minis dare Animam S V A M ανθρωπον
pro multis. Matth. 26. Non mea volun-
tas fiat, sed quod tu vis. Cumq; totus ho-
mino anima et corpore peccauerit, totum
hominem redimi & liberari à peccato &
morte oportuit. Nec, nisi verbum caro
fieri dignatum esset, illa potuisse caro sal-
uari. Totum igitur hominem anima &
corpore constantem assumi à verbo o-
portuit, τὸν ἀπεσταλησάντα γέγενεν
οὐ δὲ ἡμῶν τὸν Ιησόν, τὸν καὶ σώζεντα, in-
quit Gregorius & Damascenus lib. 3. cap.
6. Totum totus assumpit me, & totus to-
ti vnitus est, ut toti salutem largiretur.

Tertia vox, FACTVM EST, οὗτος
ἐγένετο, usurpatur & declaratur à Paulo
Rom. 1. de Filio suo, ψυχή μου, qui natus
est ex semine David secundum carnem.
nam γένεσις Græcis visitate significat na-
tum esse, vnde & nomen est, γένεσις
Natiuitas.

Gal. 4. Misit Deus filium suum ψυχή
μου

μέν natum ex muliere. Philipp. 2. Formam ferui assumit, εν ὁμοίωσι αὐθόω-
ται χρόνῳ, plane similis, (non tan-
tum anima & lineamentis corporis, sed
etiam communibus hominum proprie-
tatis, infirmitatibus, temptationibus &
mortalitate cæteris hominibus factus est.

Maxime autem illustris declaratio est
concio epistolæ ad Ebræos 2. Nam & qui “
sanctificat (Christus mundans a peccato, “
factus nobis a Deo sapientia, justitia, san-
ctificatio & redemptio) & qui sanctifi-“
cantur (homines) ex uno (patre Adamo) “
sunt omnes (caro enim Christi pars est
nostræ, genere, non vicio Adæ) Quam “
ob causam non erubescit fratres ipsos vo-“
care (uelut ex uno patre Adamo procre-
atos) dicens (Psal. 22) Annunciabo no-“
men tuum fratribus meis. Et rursus (Esa. “
8.) Ecce ego & pueri, quos dedit milii “
Deus. Quoniam igitur pueri com-“
municant (κοινωνίκε, communionem
& consortium habent) cum carne & san-“
guine (ita ut ad unitatem personæ ipso-
rum caro & sanguis pertineat) Ipse quo-“
que similiter particeps factus est eorum-“
dem, (ita ut ad illius personam seu sub-
stantiam

E B R A E O S . 2.

stantiani caro & sanguis pertineat & ve-
,, rus Emanuel sit) vt per mortem aboleret
,, eum, qui mortis habebat imperium (ideo
enim verbum caro factum est , vt pati &
mori pro genere humano posset , & sus-
morte nos ex potestate Diaboli & mortis
liberaret) Non enim Angelos (Angelic-
cam naturam) afflumpsit , sed semen Ab-
rahæ (humanam naturam ex Abrahamo
ortam , iuxta promissionem Abrahæ fa-
, etiam) Assumpsit. Vnde oportuit eum
per omnia fratribus similem esse , vt fidelis
Pontifex ad expiandum peccata populi
esset. Ex hoc dicto , phrasis , qua , vtrac
de mysterio Incarnationis , Filium Dei
Assumpsisse Humanam naturam di-
cimus , sumpta est. qua

Philipp. 2.

Paulus etiam Philip. 2. vtitur Chri-
stus Iesus , cum esset in forma Dei (sima-
go Dei οὐκότος , verè & natura Deus ,
sicut talis , qualis est Deus , videlicet omni-
potens) non rapinam arbitratus est esse
August. de
Fide ad Pe. Adam tentarunt , sed natura habuit , &
trumca. 2. qualitatem Dei. nec arbitratus est se alienum
aliquid usurpare , aut iniuriam cui-
quam facere , si gloria & maiestate , velut
Deo patri æqualem se gereret , sed sponte
iurit

iure suo cessit, nec gloriam diuinam in
hac missione contra D̄ s̄ voluntatem v-
surpauit, vel simpliciter, non rapuit con-
tra vocationem suam usum omnipoten-
tiæ in sui defensionem) sed semetipsum ..
exinanivit (non est usus sua potentia, non
exeruit diuinam potentiam & maiesta-
tem contra vocationem, sed in carne &
infirmitate assumpta, velut occultauit &
quiescere fecit) Formam serui assumens ..
(non habentis defensionem , infirmi &
abieicti hominis, pœnas peccatorum no-
strorum in se deriuantis, & ministerio
passionis ac mortis, qua genus humanum
redimeret, destinati. Matth. 20. Filius ho-
minis non venit ut ministraretur sibi, sed
ut ipse seruiret alijs, & animam suam ~~an-~~
~~τίλαντος~~ pro multis daret. Esa. 53.) & in ..
similitudine Hominum (plane similis ..
cæteris hominibus non solum anima &
corpo, sed etiam passibilis & mortali-
tate sine peccato) factus, & figura (~~χρ-~~ ..
~~μαν~~ externa specie, gestu, conuersatione
& animi affectibus, gaudio, tristitia, mife-
ricordia, lacrymis, fame, siti &c.) repertus ..
vt (alius) Homo (vulgaris) Humiliauit ..
(sumisit & infra omnes angelos & homi-
nes dejecit) seipsum, Factus obediens (Deo

D patri

patri non tanquā æquali, sed tanquā Do-
 mino seruus) vsq; ad mortem (non fini-
 ens obedientiam in morte, sed hoc modo
 eam declarans, vt sustineret) mortem cru-
 cis (ignominiosissimam, acerbissimam &
 maximè abominabilem.)

Quod verò Paulus Philipp. 2. Ebr. 2.
 Assumere semen Abrahæ : & Iohannes,
 carnem fieri; id 1. Ioh. 4. IN CARNEM
 VENIRE nominat, & 1. Tim. 4. manife-
 stari in carne. Magnum est pietatis my-
 sterium (arcanum, quod non hominum
 modo, sed etiam angelorum captum lon-
 ge superat. 1. Cor. 2.) D E V S M A N I F F
 in carnem S T A T U S E S T I N C A R N E , id est, D E
 venisse, t.e. de
 deum de
 Christo Deo
 Et homine
 Et à Deo
 est.

Potest enim
 deum à
 Deo esse, est
 iam si per-
 sons docens
 sit à diabo
 lo.

Filius, aeterno patri ὁμοόγονος, visibilis
 & conspicuus factus est in carne seu na-
 tura humana, in unitatem personæ assun-
 pta. Iustificatus est in spiritu, iustus & per-
 fectus (vt vere ac natura D R V S) declara-
 tus & agnitus est, S P I R I T U seu Divina
 natura se per carnem ita exerente miracu-
 lis, vt verum Davm esse palam apparet,
 vel per Spiritum sanctum declaratus est,
 quod si iustus & iustificans. Conspicetus
 est angelis (qui summa cum admiratio-
 ne, voluptate & gaudio Christum in car-
 ne manifestatum viderunt & celebrarunt,

Luc.

Luc. 2. 1. Pet. 1.) p̄ædicatus est gentibus, “
fides illi habita est in mundo, Assum-“
ptus est in gloria (de qua Ioh. 17. Glo-“
rifica me Gloria, quam habui apud te, an-“
tequam hic mundus esset, & quæ in dicto
Phil. 2. & Ephes. 1. 2. & alibi describitur.)

Sed non minus ILLVSTRIA DE
DVBVS IN CHRISTO NATVRIS,
personaliter vaitis, TESTIMONIA, vel-
ut digitum in hanc Iohannis propositio-
nem, verbum caro factum est, intenden-
tia, etiamq; declarantia, sunt

Rom. 9. Ex quibus est Christus secun-
dum carnem, qui est super omnia Deus
benedictus in secula.

Rom. 1. De filio suo Ihsu, qui na-“
tus est ex semine David secundum car-“
nem (humanam naturam, non cœlitus)
allatam, sed ex posteritate Dauidis, Maria
Virgine à spiritu sancto formatam) qui “
certò cogitatus (declaratus) est filius Deus, “
omnipotens, secundum Spiritum san-“
ctificationis (diuinam naturam, sancti-“
ficantem non modo carnem assumptam,
sed etiam nos, sive corporis ipsius mem-“
bra factos) ex resurrectione mortuo-“
rum (eo quod resurrexit à mortuis, &
alios mortuos resuscitauit.

„ Rom. 3. Misit D^ev^s filium suum in
similitudine carnis peccati, (naturā hu-
manā prorsus simili nostrā, quæ in nobis
peccato pollitā, sed in filio *αἰτιαράμητος*,
& tamen propter nostra peccata, omni-
bus naturā nostrā peccatricis infirmitati-
bus & morti subiecta fuit, ut per omnia
fratribus similis fieret excepto peccato.
Ebr. 2 & 4.)

„ Gal. 4. Postquam expletum est tem-
pus (à Deo constitutum, Vel à Daniele
prædictum) misit D^ev^s filium suum
natūm ex muliere, (iuxta primā promi-
sionem, Semen mulieris conteret caput
Serpentis : et Vaticinium Esaiae : Ecce
virgo cōcipiet & pariet Emanuelē. Vetus
interpres , participium *Ἀνόρθωτος*, verit,
Factum ex muliere, quam interpretatio-
nem ideo magis probandam aliqui cen-
sent: quod & Ebionitas refutet, qui ex
viri coniunctione Christum conceptum
esse contenderunt : & Valentianos ac
nostri temporis Anabaptistas, qui cœlitus
illatum in Mariam virginem Christi cor-
pus per eam velut canalem transiisse sen-
serunt : & Manicheos , qui simulatam
hominis speciem fuisse blasphemè docue-
runt: sed verum hominem ex substantia
mulieris

mulieris Mariæ factum esse demonstret.
 sicut eadem præpositione Angelus utitur
 LUC. 1. Quod ex te (non per te, tanquam “
 per canalem transiens, sed ex substantia
 corporis & sanguinis tui conceptum)
 nascetur, sanctum (putum, ab omni pec- “
 cato mundum, & Deitatis, in eo, tanquam
 in proprio corpore habitantis, templum)
 filius D*e* & i vocabitur (non tum primum “
 incipiet esse filius, sed quia reuera filius
 D*e* & i est ab æterno vnigenitus; Ideo iam “
 hominis filius in tempore factus, D*e* & i fi-
 lius manifestabitur & prædicabitur.

Matth. 16. Filius ille hominis est Chri- “
 stus filius D*e* & i viuentis.

Sic in veteri testamento, non solum ex
 promissionibus de semine, contrituro ca-
 put serpentis, & benedicente omnes gen-
 tes, firmissima ratiocinatione, duas in
 Messia naturas fore, colligimus: Verum
 etiam expresse & nominatim amba con-
 iunguntur.

Ierem. 23. & 33. Ecce dies veniet, di-
 cit Dominus, & suscitabo David germen “
 iustum, & regnabit rex, &c. & hoc est no-
 men, quo vocabunt seu inuocabunt eum,
 Iehoua iustitia nostra.

„ „ . Paral. 17. Et aspicis me in forma ho-
„ minis, qui in excelsis es Iehoua Deus.

**רִאֵתָנוּ בַּתְּהֻרְתְּ הַאֲרוֹם
הַמְּעָלָה יְהוָה אֱלֹהִים**

Prius membrum etiam LXX. reddi-
derunt, *καὶ ἐτύπωσε με ὡς ὄργανον αὐθίκη-
ως*, Aspexisti me ut species seu forma ho-
minis. Adfirmat enim Messiam, quem
alloquitur, aspicere, curare, exaudire &
saluare nos in forma hominis infirmi &
mortalis: & tamen vere esse Deum Je-
houam in excelsis, sicut Paulus etiam Phi-
lipp. 2. appellationem formae imitatus
est. Cum esset in forma Dei, formam
serui assumpsit, & postea, ut omnis lingua
confiteatur, quod Dominus Iehoua sit
Iesus Christus.

Hæc scripturæ testimonia, non solùm
ad quæstionem A.N. si r respondent, &
vere factam esse duarum in Christo natu-
rarum copulationem perspicue docent:
verum etiam fundamenta & fontes sunt,
ex quibus sequens doctrina de vniōne
personalis extruenda erit. Quod pijs men-
tibus gratum & jucundum est, funda-
menta & confirmationes articulorum
Doctrinæ

Doctrinæ in ecclesia Christi sonantis, ex
ipsis verbi à Deo traditi fontibus, non ex
humanorum commentariorum riuulis
aut lacunis haurire.

A DEO n. descendum est, quid de Deo
sentiendum & dicendum sit, qui non nisi
si se autore cognoscitur, & verbis Dei de
Deo vtendum est. Quod tamen non su-
perficitiose, de nudis vocib. aut verborum
sonis in sacra scriptura usurpati, (alio-
quin nullis alijs verbis quam Ebræis, Syri-
acis, aut Græcis loqui de Deo possemus)
sed de articulis fidei seu dogmatib. & re-
bus ipsis, in ecclesia credendis & docendis
intelligatur. Quas ut cōmodius & mai-
ri perspicuitate, in singulis linguis explica-
re, & in certaminibus propugnare que-
amus: liberum est alijs etiam vocabulis
perspicue & disertè veram sententiam ex-
perimentibus vti, modo res ipsæ, verbis illis
significatae, firma & perspicua in verbo
Dei testimonia & fundamenta habeant.

Cum igitur ecclesia ad explicationem
doctrinæ de unico mediatore Dei & ho-
minum uno Domino nostro Iesu Chri-
sto Deo & homine, vocabulis Incarnati-
onis, Naturæ, personæ, Abstracti, concre-
ti, Unionis personalis, communicationis

Idiomatum, & alijs vtatur: nec sine harum vocum definitione & differentia, intelligi & evolvi aut refutari dogmata Nestorij, Eutychis & Monothelitarum commode existimantur: de vocabulis illis, antequam vterius progrediamur, breuiter dicendum est.

*Plus quam
enī sc. fa-
cta ad car-
nem.*

*črōwūd-
mōs.*

Significat autem INCARNATIO, qua voce tota antiquitas Græca & latina, inde ab Irenæi ætate, ex insigni illo dicto Ioh. 1. Verbum caro factum est, & similibus, frequentissime vtitur: non mutationem naturæ Filij Dei in carnem humanam, nec physicam confusionem naturarum, sed assumptionem carnis: seu non simpliciter vnionē, sed vnionem factā ad carnem. Vel vt Iohannes & Paulus ipsi declarat̄ Inhabitationē Filij Dei in assumpta carne, qualis est animę in proprio corpore, vt vnum cum ipsa ὑφισάμενοι constituat. sicut Ignatius ad Smyrnenses inquit: verbū in carne habitavit, sapientia n. ædificauit sibi domū. & ad Antiochenos & Philippenses, ἐνθρώπων καὶ ἐνωμάτησιν, inhumanationem & corporationem seu Assumptionem carnis nominat. Verbum enim caro & homo factum est, & in

N A T U R A .

33

& in Christo habitat σωματικῆς, corporatum, sicut anima in proprio corpore.

l, nec anima in proprio corpore.
Ignatius ad Ephesios & Graeci Theo-
logi ferē omnes, *oikouμενα* seu dispensati- Oikouμε-
onem, nominant totam incarnationem *μία*.
& administrationem officij Christi in
carne assumpta, in qua, velut Oecono-
mus in magna domo Domini, quæ est ecclē-
sia, omnia ad salutem & redemptionem
nostram pertinentia efficit & procurat.

C A R O in his dictis, Humanam natu-
ram integrum, corpore & anima rationa-
li constantem, & omnes vires & appeti-
tiones naturæ proprias sine peccato ha-
bentem, & communij hominum infirmi-
tati & mortalitati subiectam declarat.

NATVR A latinis, vt Græcis Φύσις,
nascendo dicitur (Gal. 2. Nos natura
Iudæi, h.e., nati Iudæi. Ephes. 2. Eratis na-
turæ filij iræ. Ut autem Essentiæ vox, ita
Naturæ, aliás generalissimæ, siue in omni-
bus prædicamentorum generibus, cuius-
libet rei, etiam accidentium esse seu For-
mam specificam, & vires nativæ denotat,
& cum vocabulo Rei vel entis ferè cōuer-
titur: aliás substantiam propriè designat,
seu Ens, quod habet proprium esse, nec

est in alio, ut habens esse à subiecto. Gal.
Seruiebatis ijs, qui naturā h.e., essentia non
sunt Dij. 2. Pet. 1. Ut per hæc fieritis Diu-
næ participes Naturæ, non modò im-
mortalitatis & æternæ vitæ Deo natu-
sed ipsius etiam essentiæ Diuinæ in vobis
tanquam in templo suo habitantis & effi-
caciis.

In Physicis & mixtis corporibus, sub-
stantiam rei ex materia & forma confor-
tem, & natas cum substantia qualitates, &
vires seu inclinationes & efficaciam, mo-
tus certos carentem significat. Sic nolit
ætate, ut id obiter indicem, aliqui pecca-
tum originis definitur Naturam homi-
nis corruptam, quod si de nascentibus no-
biscum vitiosis inclinationibus & affecti-
bus, & peruersitate ac contumacia na-
ræ aduersus Legem D E I intelligatur, re-
cte usurpari & tolerari potest, sed non de
ipsa substantia corporis & animæ, qua
non peccatum seu *avocatio* in Abstracto,
sed peccato polluta & viciosa in Concre-
to, propriè nominatur.

Etsi autem subtiliter quidam uocabu-
la Substantiæ, Essentiæ, Naturæ et Formæ,
discernunt: et Substantiam dici, quod si
ipsa subsistit & substernitur accidentibus,
quibus

quib. omnino desituta subsistere in rerū natura non potest (atq; etiam pro persona interdū usurpari, vt latini quidam vocē Hypostasis, verterunt substantiam & subsistentiam) Essentiam seu *essentias*, dicitur *re*
ssentia, id quod reuera est & subsistit, quodque citra vlla etiam accidentia & est à Dao & cogitari potest: seu in genere cuiuslibet rei simplicem & omnibus accidentibus nudatam constitutionem: Naturā, cuiuslibet rei essentiam suis proprietatibus natuvis vestitam & coniunctam definiunt: FORMAM verò quæ dat esse rei: tamen in hoc de duabus in Christo naturis articulo, ecclesia cum duas in Christo naturas, seu essentias, seu Formas, ex Philipp. 2. seu substantias vt in hymno: Geminæ Gigas substantiæ profitetur: has voces, fere pro eadem re usurpat, videlicet pro essentia, seu quidditate speciei, vt in scholis loquuntur, qua res est id quod est, & ab omnibus alijs diuersæ speciei rebus segregatur, quam Boëtius definit cuiuslibet substantiæ specificatam proprietatem, quæ omnibus eiusdem speciei individuis communis est.

Nec de discrimine Individui, quod de naturis singularibus seu re vna humero,

38 NATURA ET PERSONA DI-
ro, in omnibus prædicamentis: Supposi-
ti, quod οὐσία πρόπον & οὐσία μήπον ac
οὐσία σων Græci, propriè de substantijs
singulazibus: Personæ seu πρόσωπον,
quod de indiuiduo naturæ rationalis
peculiariter usurpatur; quidquam hoc
loco differam prolixius. Tantum hanc
commonefactionem de discrimine natu-
ræ & personæ, seu speciej & indiuidui ad-
iungam, quod in rebus ex materia & for-
ma constantibus, magis quam in spiritua-
libus essentijs, illustre est. In illis enim,
multa Indiuiduis seu subsistentibus in
qualibet specie sunt adiuncta, quæ ad rati-
onem speciei seu naturæ communis non
pertinent, quas proprietates personales &
indiuiduales appellant, vt materia indi-
vidualis, exempli causa hæ carnes, hæc
ossa, in Petro aut Elia, & accidentia indi-
viduantia materiam, quod forma, tem-
peramento, robore, ingenio, & alijs animi
& corporis donis, præterea loco & tem-
pore, Petrus & Elias distincti sunt, & non
in se inuicem, nec in alio, sed per se scori-
sim subsistunt.

Ideo οὐσία seu personam Græci
σοὶς μὲν τίνων idiomάτων διεθνῶς τοῖς
μοναδῶν Διαφέρουσαν, substantiam suis

Quibusdam proprietatibus , ab ijs , quæ sunt eiusdem speciei , numero differen- tem, definiunt.

Ingens igitur & reale discrimen est, inter naturam communem seu speciem, (quæ ratione tantum & cogitatione consideratur) & individuum in ea natu- ra existens.

Sed in essentijs spiritualibus, quæ nihil præter rationem speciei, seu naturæ & for- me substantialis habent; individua, nō per materiam individualē, hoc est, non per hanc materiam , his accidentib. uestitam, constituuntur: sed Formæ ipsæ (suis qui- busdam proprietatibus characteristicis distinctæ) sunt individua seu supposita subsistentia.

Quare in Dso, cū nihil sit nisi sua essen- tia & natura, seu forma substantialis ; non differunt essentia seu suppositum , seu na- turæ & persona, realiter, sed tantum ratio- ne. Vna enim, nō specie tantum , sed etiam numero, est Essentia & Natura diuina, in patre, filio & spiritu sancto pariter æqua- literq; subsistent. eaq; de causa, vnum tan- tum Deum, non plures (vt duos aut tres homines materia & accidentibus indiui- duantibus distinctos) dicimus.

Personæ

Personæ autem diuinæ non essentia seu natura, neq; etiam nomine tenus aut radione sola , sed characteristicis idiomatis, seu proprietatibus , & Notionibus, Paternitate, Filiatione, Procesione, quas relationes originis scholastici ; Damascenus τρία τοις οὐρανοῖς nominat ; vere & ræliter distinctæ sunt.

Accuratiūs autem , in loco de tribus personis diuinitatis, de PERSONA vocabulo dixi : quod latinis, officium, & in scena, laruam & habitum alios ab alijs distinguentem ; apud Græcos τριάς naturam subsistentem (item subsidentem) substantiam , quatenus sustinet accidentia , & fiduciam ac constantiam animi fortiter sustinentem aduersa : τριάς propriæ faciem hominæ , & in factis literis etiam conditiones seu adiuncta & qualitates hominum, à causa, quæ in iudicium uenit, alienas, significat. tamen tria exempla in Paulo extant, in quibus vocabula τριάς & personæ, eodem modo, ut in ecclesia usurpari videntur. Ebr. 1. Character τριάς personæ patris. 2. Cor. 1. et 2. Cor. 2. In persona Iesu Christi τριάς Ἰησοῦ χριστοῦ, vbi tamen ad Mōyis

Moysis faciem Paulum alludere, &c., in facie Iesu Christi, rectius quam in persona, uerti: ex proximè præcedenti 2. Cor. 3. & initio quarti capituli appareret.

Designat autem, visitato ecclesiæ loquendi more PERSONA, prorsus idem, quod Dialetticj vocant Individuum naturæ rationalis, quod PER SE VNUM & ab alijs omnibus eiusdem speciei individuis distinctum ὑποστάτης, non pluribus numero commune est, ac in nostris scholis, Richardi definitio (Persona est intellectualis naturæ incommunicabilis subsistentia) his uerbis retinetur. PERSONA EST SUBSTANTIA, INDIVIDUA, INTELLIGENS, INCOMMUNICABILIS (nam essentia diuina, et si est una numero substantia, individua, intelligentis, tamen tribus personis tota communicatur) ET NON SUSTENTATA IN ALIO, vt pars in Toto Corpus humanum ab anima sustentatur. Anima est pars hominis, et nata est in haerere corpori, atq; etiam separata dependet ad Corpus resuscitandum. Præcipue aut propter unitam τὸν λόγων humanam in Christo naturam, haec particula additur, quæ etiamsi est substantia

tia individua intelligens incommunica-
bilis: tamen non per se ideo summa $\lambda\circ\gamma\circ\delta$,
sed in persona Filii D α : subsistit & in-
tentatur.

Hac uocabulorum personæ & naturæ
qualicunque declaracione considerata,
multæ in hac doctrina disputationes in-
telligi & iudicari rectius possunt. Et si e-
nim natura seu essentia diuina commu-
nis est tribus personis: nec tota Trinitas
sed solus filius seu persona $\mathcal{E}\lambda\circ\gamma\circ\delta$ natura
ram humanam assumpsit. Gal. 4. Luc.
lo. 1. 3. Matth. 16. rectè tamen & pie
cum Paulo dicimus, totam plenitude-
nem Deitatis in Christo personalitate
habitare, quia qualibet Trinitatis perso-
na est plenus & perfectus Deus, seu totam
plenitudinem Deitatis in se possidet: item
Diuinam naturam $\mathcal{E}\lambda\circ\gamma\circ\delta$ incarnatam
esse, ut veteres dixerunt, $\tau\Phi\circ\sigma\pi\mathcal{E}\lambda\circ\gamma\circ\delta$
Damasc. $\sigma\tau\pi\alpha\mu\pi\omega\delta\mathcal{E}\lambda\circ\delta$, & Augustinus. Illa natura
Lib. 3. Cap. 6. § 14. quæ semper genita manet ex patre, natu-
ram nostram sine peccato suscepit. Et ex
discipulo Pauli Dionysio Areopagita ci-
tat Damascenus: Ιερόμ $\sigma\pi\alpha\mu\pi\omega\delta\mathcal{E}\lambda\circ\delta$ μία πολὺ εὐαγ $\mathcal{E}\lambda\circ\delta$ ἐκουμένης τωστάσιν
Tota & perfecta Deitas in una eius hypo-
staseō.

staseon incarnata nobis communicauit.

Consideratur enim Essentia seu Natura diuina alias Relatiue vt in vna aliqua persona hypostaticis proprietatibus vclut limitata & determinata est; alias absolute, vt toti Trinitati communis est. Ideo in canone Synodi Toletanae. §. dicitur Solus Filius accepisse hominem in singularem personam, non in unitatem diuinæ naturæ, quod est proprium Filij, non quod commune est Trinitati, hoc est in hypostasi filij, non in tribus communiter personis Diuinam naturam Filij, humam sibi vniuersitatem. Assumpit enim carnem humianam non ad idem esse naturæ (vt sit vna natura) sed ad idem esse singularis suæ personæ.

Peperit Virgo Maria non nudum hominem, sed hypostasin seu personam ex duabus & in duas subsistentem natum: diuinitatem quidem ab aeterno ex patre ~~et~~ genitam: ~~et~~ ex Maria virgine secundum carnem natam. si etsi ipsum Filium Dei unigenitum ex Maria virgine natum esse, in Symbolo profitemur.

Ambrosius carnis humanæ naturam in sanctæ Trinitatis consortium per Dominum

minimi Christum ingredi meruisse scribit: & Augustinus, Qui suscepit, & quod suscepit, vna est in Trinitate persona. Pertinet igitur humana Christi natura ad S. Trinitatis consortium; personaliter, quia in persona filij D[omi]ni subsistit; non essentialiter, quod in Diuinam naturam conuersa aut illi ἐμοστός sit.

Sic caro Christi adoratur, non secundum sui naturam, si per se aut in se, secundum proprietatem suam naturalem, ut creatura, consideretur; sed ratione Personæ, quia Deus verbo personaliter unitus est, vna & eadem adoratione cum eo invocatur. Alioquin verum est, quod Cyrillus ad Theodosium, naturas in Christo distinguens inquit: Diuinitatem in Christo adorabilem: Humanitatem vero adorantem esse, scilicet proprietate sua naturæ.

Athanasius Dialogo 5. cap. 28. contra Apollinarium: θεὸς ἀνθρωπῖος οὐκ εἰσιν αἱ τοῦ ὄντος ἑταῖραι τῆς φύσεως, οὐδὲ αὐθέωντος: Φύση δὲ καὶ φύσις οὐς θεὸς. Deus Homo factus adoratur, idem unitio cum nostra natura ut Homo, natura vero & essentia Deus existens.

Qua-

Quærunt etiam an persona Christi sit
creata vel increata? Necesse est autem,
ut personæ unitas, & naturarum differen-
tia conseruetur, responderi: Vnam Filij
Des incarnati personam, increatam esse
secundum Divinitatem, et creatam secun-
dum carnem.

Sic multæ huius doctrinæ partes, con-
siderato naturæ & personæ discrimine,
dexterius iudicari possunt.

De Abstracto & Concreto postea, cum
de Communicatione Idiomatum age-
tur, dicemus.

VNIONIS vocabulum, in hoc arti-
culo, ex dictis scripturæ 1. Cor. 3. Ephes.
1. Tim. 2. 2. Cor. 5. Rom. 5. etc. sum-
ptum est, quæ non duos, sed **VNUM** esse
DOMINVM, Vnum Mediatorem DOMINOM
& hominum, Vnum pro omnibus mor-
tuum, Vnum autorem Gratiae & vitæ
æternæ **ISAM** Christum adfirmant;
Sunt autem **V**nionis, qua ex duobus vel
pluribus Vnum fit, varij & diuersi modi,
ac mirando consilio DES vs singulas res,
in tota natura existentes, et si ex magna
partium varietate constent, vni formæ
substantiali inclusas, in vnum redigit. Ut
in corpore humano infinita fere machi-

E 2 narum

narum diuersitas in vnum corpus coag-
mentata & vnitata est. & omnia rerum na-
turæ corpora, in vnum mundum inclusa
sunt, & ab uno D eo opifice, a quo con-
ditæ sunt & conseruantur, dependent
sicut in moralibus, plures homines, vnam
familiam: plures familie vnam ciuita-
tem; Vnum Regium aut Imperium
constituunt, & tandem ad vnum Deum
agglutinata sunt. Sic homo conditus est
D eo vnitus & conformis. Quia vniōne
per lapsum dissoluta & perdita: Filius
Dei immenso nostri amore naturam hu-
manam sibi uniuit, Ut rursus eam cum
D eo & in D eo uniret. vt Cyrilus in-
quit: *Nexum vunionis nostræ cum D eo*
patre Christum esse, nobis quidem vt ho-
minem, D eo autem patri vt D eo na-
turaliter vnitum &c.

Recitat autem Damascenus lib. 3.
Cap. 3. multos vunionis modos. aliter c-
nim σωματικὴ μηδὲ δύνη, ψυχὴ δὲ μία, &
multitudinis credentium cor & anima
vna dicitur Act. 4. i.e. summa concordia &
consensus doctrinæ & voluntatum. Ioh.
17. Sint Vnum doceant vnum, fateantur
& vnum: aliter in Musicis multi soni,
interuallis disiuncti, vnam Harmoniam:
aliter

aliter ~~10000~~ homines, vnu exercitum: aliter ~~οὐώγεοις~~
 multa lingna, certo ordine & figura coag- ~~σευ μέρ-~~
 mentata, vnam domū, vel virgæ colligatae ~~γεοις.~~
 vnu fascem constituunt: aliter aqua vino
 mixta vnitur: aliter ex aqua ex farina mix- ~~μίξις με-~~
 tis & fibrae, vna massa: vel in Tetraphar- ~~τετραφάρη.~~
 maco Galeni, ex cera, pice, resina, adipe, le-
 uiter alteratis, vnu vnguentū fit: aliter ex
 quatuor elementis vnum corpus mixtum
 oritur, quam mixtibilem alteratorū vni-
 onem in Physicis nominant, qua sic iun-
 guntur Elementa, & alia corpora mixti-
 lia, vt non solum leuiter partes alterentur,
 sed penitus transmutentur, vt corruptis &
 pereuntibus formis prioribus, materia
 mixtibilem continuata, nouam inde speci-
 em seu formam substantialem adipiscatur,
 vt ex pane, vino, carnibus, pomis, o-
 leribus, &c. calore ventriculi transmuta-
 tis, fit vnu Chylus, & postea sanguis.

In his modis, vnitum, nulli eorum, ex
 quibus componitur aut vnitur, consub-
 stantiale est, nec appellationem eorum re-
 tinet. Quare cum Seruator noster, D^o
 patri & nobis fratribus ~~διμούροις~~ perpe-
 tuo maneat, & D^r v^s achomo sit, & verè
 dicatur: manifestū est, non talem mixtio-
 nem physicam, quæ sit naturarum con-

E₃ fusio,

fusio, vel abolitio, in persona Christi factam esse, sicut Eutyches & cæteri Monophysitæ vnam tantum verbi incarnati naturam profitentes, iam verum Hominem & nobis ~~quod~~ esse Christum negarunt.

Alia vnionis ratione, Cicero & Hor-tensius vnius ordinis & dignitatis Senatores: Cæsar & Pompeius aliquandiu vnius potentiae & autoritatis in Repub. Romana fuerunt. sicut *καὶ ἀξιος, ιπελίς, διάσπιρος, ομωνυμίας*, Christum Hominem Dominio Verbo æqualem & adunatum, Nestorius sensisse, à Cyrillo scribitur: aliter maritus & vxor sunt vna Caro, indissolubili fœdere, & indiuidua vitæ consuetudine iuncti: aliter in coniugio spirituali, qui adglutinatur Domino, unus spiritus est. Cor. 6. Quos modos in genere *περιττηλία* vnionem, Damascenus nominare videtur, cum vna persona alteri personæ per se ac separatim subsistenti, certo vinculo iungitur & unitur. aliter Tres personæ Diuinitatis sunt unus Deus secundum essentiam simplicissimam, quæ vna & eadem est.

Sed peculiari & ab his omnibus diversa ratione, *λόγος* & natura Humana assumta,

sumpta, sunt unus Christus καὶ θεός
omn. tametsi hanc quoq; duarum naturarū
in Christo unionem Damascenus ἀστάθη
essentialē, & Cyrillus καὶ Φύση, Bernhar-
dus naturalem nominat, hoc est, veram
ipsarum naturarum & realem, non imagi-
nariam, non fictam, non accidentalem
coniunctionem verē unitarum in unam
filij Dei Hypostasin,

Hanc UNIONEM HYPOSTATI-
CAM ET PERSONALEM nominant,
quæ secunda persona Diuinitatis, Filius
Dei æternus, anima & corpus huma-
num, in unitatem suæ personæ assumit,
ita ut duæ nature, diuina & humana, inte-
græ ac perfectæ, sineulla sui mutatione aut
confusione, indissolubili nexu, ad consti-
tuendum unum ex illis in Christo Incar-
nato ωφισάμδων, in quo caro assumpta
subsistat & sustentetur, perpetuò copulen-
tur, propter quam arctissimam copulatio-
nem, proprietates etiam omnes, & actio-
nes & passiones, quæ alteri tantum natu-
ræ originaliter congruunt, toti personæ
in concreto verē & re ipsa comunicantur.

Vt autem qualis sit hæc miranda Filij
Dei cum carne assumpta Vnio, quam Hy-

E s post-

postaticam seu personalem ecclesia vocat, considerare aliquantò propius possumus: à cæteris præsentia, & coniunctionis ac vniōnis Filij Dei modis, eam sciungamus.

Primum enim vnitur Filius Dei æterno patri, (Iohan. 10. Ego & pater vnum sumus) & est in patre, & pater in ipso, non ὡσαίκως, sed ὄμοιος· ita ut sit vna & eadē simplicissima & indi-
, , uisa essentia diuina, non vna persona. Na-
turæ autē assumpta, non ὄμοιος sed
ὡσαίκως vnitur, ita ut duæ sint & ma-
neant distinctæ essentiæ seu naturæ, & ta-
men vna tantum sit persona.

Deinde adest filius Dei Vbiq; cum æterno Patre & spiritu S. omnibus creaturis præsens, nō ὄμοιος, sed ἕστιος essentia diuinitatis suę cœlum et terrā implens, & cuncta videns ac gubernans, & potentia ac virtute sua omnes res conditas, Angelos & homines, bonos & malos, sustentans, & eorum substantias conservans, Non enim scientia solum & potentia ac efficacia, sed etiam essentia ubique adest Deus (Jerem. 23. Psalm. 139. Isa. 66.) ὅλος ὁλικῶς, totus totaliter, in toto & omnibus ac singulis totus, non cir-

circumscriptus loco , sed ipse omnia
continens ; & super omnia exultens , non
elatus ; subter omnia , non prostratus ; in-
tra omnia , non inclusus ; extra omnia ,
non exclusus ut veteres locuti sunt . Hanc
generalem præsentiam Filij Desi , non
~~co~~^{co}nsimilis , sed separabilem esse , in de-
struclione rerum , cum diutius non con-
seruantur appetet .

Longe autem alio modo adest Filius
Desi & coniungitur naturæ assumptæ ,
non tantum diuinitatis suæ essentia eam
implens & sustentans , sed singulari & ar-
ctissimo ac inseparabili nexu ita eam sibi
coniungens & vniens , ut unam cum illa
~~co~~^{co}nscors seu personam constituat , & Fi-
lius Desi , Homo factus esse : & hic Ho-
mo , filius Desi viuētis esse vere affirmetur .

Adfuit etiam Filius Desi ab initio ge-
neri humano , & patribus se patescens
ad uisibilem aliquam speciem & Symbo-
lon , Diuinitatis suæ præsentiam ad tem-
pus alligauit , ut Iacob ait se vidisse Do-
minus (Messiam promissum) facie ad
faciem (illa ipsa specie naturæ humanæ ,
quam postea assumpturus erat) & ad ar-
cam fœderis Desvs se præsentem fore , &
inuocantes exauditum esse Israëlitis o-

stenderat. Adebat ministerio verbi & facta
mentorum praesens ex pacto, & per illud
ad salutem efficax est.

Peculiaris etiam praesentiæ & vni-
nis Filij Dⁿⁱ modus est, quo in beatis
Angelis & Hominibus sanctis, ~~στοιχεία~~
~~κυργία~~ ~~χάρτος~~ habitat, & se illis con-
iungit & vnit, non solum essentia su-
cum æterno Patre & spiritu sancto in eis
habitans, verum etiam lucem, sapientiam,
Iustitiam, Vitam, & lætitiam suam com-
municans, & sibi conformes efficiens in
æterna vita, immediate, visibiliter & pe-
petuo: in hac vita per ministerium Euau-
gelij, inuisibiliter, ac, quod tristissimi la-
psus Saulis & aliorum, qui à Dⁿⁱ o-
runtur, ostendunt, separabiliter.

De hac speciali praesentiâ Filij Dⁿⁱ in
sanctis, quam Gratiam Inhabitationis no-
minant, Iohah. 17. Ego in eis, & tu in me
Gal. 2. Viuit in me Christus. Eph. 3. Pe-
fidem Christus habitat in cordibus no-
stris. Ioh. 14. Mansionem apud eum faci-
emus. 2. Cor. 6. Ego inhabitabo in eis di-
cit Dominus, & passim alibi, testimonia
extant.

Vt igitur discernatur Christus ab alijs
sanctis, quibus societate, auxilio, efficacia
& do-

& donorum dissimilium effusione separabiliter adest & vnitur. & non tantum gradibus aut numero donorum, secundum magis & minus, sed toto genere ab illis differre intelligatur: nominat ecclesia hanc εξαιρετον καὶ μονότροπον singularem & eximiam & à cæteris modis exceptam vniōnem ὑποστατικὴν, qua, sola hæc persona Filius D e s i λόγος, certam massam ex genere humano sibi a effusione vnit, non solum ἀκαρίστως καὶ ἀδιαφέτως, sed etiam tali ratione, vt Filius D e s i & natura humana assumpta sint vna persona, & tota plenitudo Deitatis Filij D e s i in Christo H a b i t a t, non tantum essentia & efficacia, vt in omnibus creaturis, nec tantum ἀνεργέα χάριτος Gratia & Donis particularibus, numero pluribus & gradu maioribus, quam in aliis sanctis; sed σωματικῶς, corporaliter, sicut anima in proprio corpore habitans, vnam cum illo personam efficit: ita vt Filius D e s i in assumpto Corpore tanquam in templo habitans vnam cum illo Hypostasin seu personam constitutat: & D e s i s Homo factus sit, & sic Homo ex Maria virgine natus, verus & perfectus

Deus

Deus sit; & paciente Christo, Deus pro nobis passus esse recte dicatur, quia haec persona, quae patitur, est verus Deus. Rom. 9. Christus est super omnia Deus. Psal. 45. Ipse est Deus natus. Quod de nullo sanctorum Angelorum, aut Hominum beatorum alio dicere possumus.

Etsi autem exemplum huius mirandæ vnionis nullum in creaturis ostendit, quod prorsus congruat: ἐλαττώνει τὸν τοῦ πονου ἐπαντὶ ἀπόνη παρόδην μα τῆς ἀληθείας: Omnis enim imago & omne exemplum minus & inferius est veritate: tamen vetustas ut aliquo modo admirandā hanc & arctissimam coniunctionem declararet, similitudines qualescumq; adhibuit. eamq; alij insitione suctuli in arborem: alij vnione subiecti & accidentis; alij materiae & formæ; alij humoris crystallini & spiritus visiui in oculo: alij lucis & aëris: alij flammæ & fumi: quidam ferri igniti: visitatissime vero, Animæ & Corporis huniani vnione, ad umbrare conati sunt. Quam cōcēdūt iam consilio diuinitus in natura factam esse consentaneum est, ut aliquantò proprius miranda copulatio diuinæ & humanae in

næ in Christo naturæ à nobis aspici, & intelligi aliquo modo, sicut Athanasius, Cy-
rillus, Iustinus, Augustinus et tota antiqui-
tas, hoc velut exemplar ad declarationem
arcani huius mysterij adhibuerunt, ac o-
mnibus adultis & pueris notissima sint
Symboli Athanasij verba. Fides recta est,
vt credamus & confiteamur. Quia Do-
minus noster Iesus Christus, Dei filius,
Deus & homo est. Deus est ex substantia
patris ante secula genitus, & homo ex sub-
stantia matris in seculo natus. Perfectus
Deus, perfectus homo, ex anima rationa-
li & humana carne subsistens : Aequalis
patri secundum diuinitatem minor patre
secundum humanitatem. Qui licet De-
us sit & homo, non duo tamen, sed unus
est Christus. Unus autem non conuersio-
ne diuinitatis in carnem sed assumptio-
ne humanitatis in D E V M. Unus omnino
non confusione substantiæ sed unitate
personæ. Nam sicut anima rationalis &
caro unus est homo, ita Deus & homo u-
nus est Christus.

Vt enim Persona Hominis, ex duabus
naturis dissimilimis Anima spirituali, in-
corporea, inuisibili ; & corpore ex ele-
mentis concreto, quod cerni & contre-
stari

Etari potest, arctissimo nexu inter se unitis constat: ita ut duæ illæ dissimiles naturæ, non duas sed vnam tantum hominis personam constituant: nec Anima quæ est Spiritus, in carné vertatur, nec cor in spiritu seu animâ mutetur aut confundatur, sed sint & maneant distinctæ & utraq; suâ propriâ substantiâ & proprietates substanciales retineat: et tamen Animæ totū corpus permeet, & suas vires & facultates cum organis vnius Corporis iuncte communicet, ut per organa Corporis suæ vires & actiones videndi, audiendi, intelligendi, ratiocinandi, &c donec in corpore versatur, administret: ita ut oculum videre, aurem audire, cor intelligere, linguam loqui, vi animæ corporis vnitæ, dicamus:

Sic Domini & Seruatoris nostri Iesu Christi persona, ex duabus & in duabus diuersissimis naturis, diuina omnipotente, æterna, increata & infinita, & humana creata & finita, in vnum iunctæ coëntibus subsistit, ita ut duæ illæ diuersissimæ naturæ non duas personas, sed vnam tantum personam seu vnum individuum Christum constituant idque æternas regi æroviximus sine vi la sua

la, suæ naturæ & idiomatum essentialium transmutatione aut confusione, & tamen sicut lux Primigenia corpus solidis, sicut Ignis Ferrum Ignitum permeat & penetrat. & vndiq; ei ἀναλογίας καὶ αὐτοχύτης miscetur, & vim vrendi & lucendi ferro impertit: sic λόγος assumptam carnem permeat, & in ea tota lucet, & vitam, lucem, iustitiam & vim exercendi actiones salutares, ipsi impertit, & in ea ac per eam omnia, quæ ad expiationem peccatorum, & æternam salutem nostram pertinent, seruata tamen utriusque natiræ & modi agendi proprietate, operatur & peragit.

Gregotius Nyssenus in complemento Hexaëmeri, Vnionem animæ et corporis, similitudine lucis solaris aëri vnitæ illustrat. Sicut sol irradiatione sua aérem lucidum reddit, & vnitur aëri lux sine confusione, simulq; diffusim: eodem modo Anima corpori vnta omnino inconfusilis manet: in hoc solum differens, quod sol, corpus existens, & loco circumscriptus, non est in omni loco, ubi lumen eius, sicut neq; ignis. Hic enim in lignis quoque siue lucerna ligatus manet, ut in loco. Anima autem, cum sit incorporea & loco non

non circumscripta , tota per totum insc
& lumen et corpus et non est pars illumina
nata ab ea , in qua non tota adsit , non o
nim à corpore tenetur , sed ipsa tenet cor
pus . neque est in corpore ut in vase ve
ltre , sed potius in ipsa est corpus . Nam
minime à corporibus intelligibilia impe
diuntur . Verum omne corpus permean
tia , à corporeo loco detineri nequeat . Ha
ctenus Nyssenus .

Eadem similitudine Augustinus Ep
stola 3. vtitur . Quidam reddi sibi ratio
nem flagitant , quomodo Deus homini
permisus sit , vt vna fieret persona qual
rationem ipsi reddant de re , quæ quo
diè fit , quomodo misceatur anima cor
pori , vt vna persona fiat hominis ? Nam
sicut in unitate personæ , anima vnius
corpori , vt homo sit : ita in unitate perso
næ Deus vnitur homini , vt Christus sit .
In illa ergo persona mixtura est animæ &
corporis , in hac persona mixtura , est Dei
& hominis , si tamen recedat auditor i
consuetudine corporum , qua solent duo
liquores ita commisceri , vt neuter seruat
integritatem suam . quanquam in ipsis cor
poribus aëri lux incorrupta misceatur .
Ergo persona hominis mixtura est animæ
& cor-

& corporis. Personæ autem Christi mixta est Deus & hominis. Cum enim verbum Dei permixtum est animæ habenti corpus, simul & animam suscepit & corpus. Illud quotidiè fit ad procreandos homines, hoc scilicet factum est ad liberandos homines.

Hæ collationes ex natura sumptæ Formam & modum vniōnis duarum in Christo naturarum aliqua ex parte illustrant, quod videlicet, ut lux æri, & Anima corpori, sine confusione seu alterutrius naturæ abolitione vel corruptione, vel vnius in alteram conuersione, aut utriusq; exæquatione miscetur: sic salua manente utriusq; in Christo naturæ integritate & differentia & Idiomatis essentialibus, coniunctio & vniō earum in unam Personā facta sit. ὁ γὰρ θεός εἷναι εἶπεν, οὐ γένετας, Filius Deus, id, quod erat, permanuit: & quod non erat, assumpsit, & tamen intima & presentissima vniōne, ἀδιαμέτατης καὶ ἀδιασάτως, ut anima corporis, ignis ferrum penetrat, & vndiq; ei sine confusione, seu alterutrius naturæ abolitione miscetur: sic λόγος assumens humanam naturam lucet in ea tota, & humana natura velut accensa lumine,

16 UNIO HYPOSTATICA.

λόγω vniuersitate est, non assistens tantum λόγω, vt Angelus Petrus astatat: nec partem tantum aliquam τὸν λόγον attingens, vt digitus corpori, planeta orbi, clavis rotæ, certo in loco fixus iungitur, vel civitas aliqua immenso Oceano adiacet: sed tota plenitudini Deitatis τὸν λόγον, quæ ubique tota est, nec partem extra partem habet, intimo & arctissimo nexu & præsentia inseparabili unitate est, vt in unam cum illa Christi personam coalescat, ad cuius integratem, non sola diuinitas, sed assumpta etiam humana natura, arctissime & præsentissime Deitati τὸν λόγον unita, pertinet. sicut Philippus etiam, in Symboli Niceni enarratione, hanc imaginem velut maxime accommodatam recitat, Vi Fumus in flamma fit ignis, ita vitrumque cogitemus, arctissimam esse copulationem diuinæ & humanæ naturæ, & in rotata humana natura lucere diuinam, & ncutram deletam esse. & Basilius ὅμηλος τὸν λόγον τὸν γένησιν, τίνα τρόπον ἐπεριττὴν ή δεόντην ὡς τὸ πῦρ ἢ σιδήρος. Η μεταβατικῶς, ἀλλὰ μεταθετικῶς. τὸν λόγον τὸν σιδηρόν. μέρον

καὶ χάρει, μεταδίδωσιν αὐτῷ γὰρ οἰκεῖας δυ-
ναμέως, ὅπερι τοτὲ ἐλάττων τῇ μεταδόσῃ,
καὶ ὅλου τηλησθεὶ ἔσται τὸ μετέχον.

Πῶς δὲν Φησὶ τῆς σωματικῆς ἀδενί-
ας ὁ θεὸς λόγος σὸν αἰενάληπτη. Φα-
μὲν, ὡς δὲ πέπονταν τὸν θεόντος ιδιωμά-
των μεταλαμβάνει. μέλας ὁ σύδηρος καὶ
ψυχρὸς. ἀλλὰ ὄμως πυρεκτικός, τὸν δὲ
πυρὸς μορφὴν ἵσταδίνεται, αὐτὸς λαμπτε-
νόμενος, ἢχι μελαίνων τὸ πῦρ, καὶ αὐτὸς
ἐκφλογήμενος, σὸν ἀποψύχων τὸν
Φλόγα. οὗτος δὴ καὶ ἡ αἰθρωπίνη τὸν πυρόν
οἴρει, αὐτὴ μετέχει τῆς θεότητος, & τῇ θε-
ότητι μετέδωκε τῆς οἰκείας ἀδενίας.

Quomodo in carne est Deitas? sicut Ignis in ferro; non transitivè, sed continu-
nicatiuè. Non enim excurrit Ignis ad fer-
rum, sed manens in suo loco communi-
cat ei propriam facultatem, nec minuitur
sui communicatione, & totum sui parti-
ceps ferrum implet. Et paulò post. Quo-
modo corporis infirmitatibus D u s v a
verbū non affectum est? Respondeo.
Sicut nec Ignis Ferri proprietates assumit.
Nigrum est ferrum & frigidum, sed ta-
men Ignitum Ignis formam induit can-

dens ac fulgens, non nigrum reddens l-
gnem. Et ipsum inflammatum non re-
frigerat Ignem. Sic humana Domini caro
ipsa Deitatis particeps facta est; non pro-
priam infirmitatem carni communica-
uit.

Origenes lib. 2. *τοῦ δέκατου* ante Basiliū
eadem Ferri igniti similitudine usus est.
Si massa aliqua ferri semper in igne posita
sit: omnibus suis poris omnibusq; venis
ignem recipiens: & tota ignis effecta: Si
neq; ignis ab ea cesset aliquando, neq; ipsa
ab igne separetur, totam ignem effectam
dicimus. Hoc ergo modo etiam illa ani-
ma, quæ quasi ferrum in igne: sic semper
in verbo: semper in sapientia: semper in
Deo posita est: Omne quod agit: quod
sensit: quod intelligit: Deus est: & ideo
nec conuertibilis nec mutabilis dici po-
test: quæ inconuertibilitatem ex verbi
D*e*s iunctate indesinenter ignita possedit.
Ad omnes deniq; sanctos calor aliquis
V E R B I D E I putandus est peruenisse:
in hac autem anima ipse ignis diuinus
substantialiter requieuisse credendus est:
ex quo ad cæteros calor aliquis manaret.

Damascenus hunc modum vniōnis
τοῦ δέκατου

πειχώγησιν nominat, quod immeationem, & immanentiam, & ingestionem, & circumincessionem verterunt, sicut ignis ferrum ignitum permeat & penetrat, & vim lucendi ac vrendi suam per illud exerit; vel sicut anima totum corpus permeat, & arctissime complectitur, & tota in toto & qualibet parte praesens, vi-
tam, sensum, & motum corpori impertit.

Etsi autem aliqui *πειχώγησιν* in hoc de duabus in Christo naturis articulo, nihil aliud, quam *αντίδοσιν*, seu *ἐναλλαγὴν*, καὶ *πτίχειον τοῦ ὀνομάτων* communica-
tionem Idiomatum, Damasceno signifi-
care contendunt; tamen hi perspicue
ipsius Damasceni testimonij saepè lib. 3.
& 4. iteratis refutantur. ex quibus unum
præcipue ex cap. 19. lib. 4. studiosi me-
minerint. Propter unionem secundum
hypostasin & caro deificari dicitur & De-
us fieri; & simul Deus cum verbo, & De-
us Verbum incarnari, & caro fieri, & crea-
tura dicitur, & nouissimus vocatur.
Non ut duabus naturis mutatis in unam
naturam compositam. Nam impossibile
est in una natura, simul aduersantia natu-
ralia confondere. Sed cum duabus naturis

secundum hypostasin vnitatis, & in se inuitem immansionem habentibus inconfusam & immutabilem. At immanenteria non ex carne, sed ex Deitate facta est. Nam impossibile est carnem permeare Divinitatem. Sed diuina natura semel immeans per carnem, dedit carni ad ipsam ineffabilem immeantiam & IMMANSIONEM:
Quam profecto VNIONEM DICIMUS,
η θεια φύσις, ἀπαξ ωντος πλάτης σωρός, ἐδωκε καὶ τῇ σωροὶ τῷ ωφέλῳ αὐτῷ ἀρρένον ωντος πλάτης, ἦν δὴ ἔνωσι λέγοντες. & passim alibi fundamentum & causam communicationis Idiomatum seu αὐτοδόσεως, mutuae & reciprocae attributionis proprietatum, esse duarum naturarum ωντος πλάτης & ἔνωσιν adfirmat lib. 3. cap. 3. Quæ humana sunt, verbunt sibi attribuit & propria facit, & tradit carni sua, καὶ τὸν τῆς αὐτοδόσεως πλάτην, τὸν ἔσαλληλα τὸν Φύσεων ωντος πλάτην, καὶ τὸν καθ' ἔνωσαν ἔνωσιν. capic. 5. Ut tres personæ Trinitatis se mutuo immeant & vniuntur inconfuse, & discernunt indstanter & indiuisibiliter: sic duæ in Christo naturæ, tametsi vniuntur & se inuicem commeant, immanentque: tamen

tamen non confunduntur nec transmutantur, Similia cap. 7. 17. 15. & alibi testimonia extant.

Antiquitas propior Apostolorum temporibus, usq; ad annum Christi 400. & deinceps etiam, MIXTIONEM seu σύνεσθη appellavit, qua, non corruptiuam commixtionem utriusq; in tertiam, nec confusionem naturarum physicam, quae sit alterutrius abolitio, sed unionem, qualis est Ignis cum ferro candente intelligit. vt Nazianzenus in aurea illa concione εἰς τὸ θεόλογον exclamat, ὡς τῆς κομψῆς μίξεως, εἰς παραδόξης κέρδους, & contra Apollinarium τῆς τὸν αὐθικῶν ὄλου, Εἰ μίξος τὸ δέσμος. Epiphanius in Ancorato. τὸ δύο κέρδους εἰς ἓν. Cyprianus DEVM Lib. 3. 11. 21. misceri cum homine. Irenaeus : Filium hominis commixtum esse Filio DEI, vt homo adoptionem percipiens filius DEI fiat: & commixtionem & communio- Lib. 4. cap. 1. nem DEI & hominis factam esse ait, Au- gustini etiam testimonium paulo ante recitauit, & Nicephorus, Verbum massæ & fermento humano mixtum ac temperatum.

Sed post Eutychis certamen, qui phy-
F 4 sicam

sicam mixtionem, seu confusionem interpretabatur, qua naturarum conuertio & transmutatio in vnam verbi incarnati naturam facta esset, sic, ut non amplius nobis hominibus ὄμορφος Filius Deus Emanuel maneret: vocabulum mixtionis, ut incommodius, à plerisq; relictum est cum tamen constet, nihil aliud primos illos patres, voce mixtionis, quam uniuersum, qualis est animæ cum corpore, flammæ cum fumo, ignis cum ferro, intellectus: sicut Cassianus etiam lib. I. de incarnatione declarat.

Non tamen quia incarnatus dicitur, & immixtus, diminutio eius accipienda est substantiæ, nouit enim Deus sine sui corruptione miseri, & tamen in Veritate miseri: nouit in se ita suscipere, ut nihil ei crescat augmenti, sicut seipsum nouit infundere, ut nihil accidat detrimenti. Non ergo ad intelligentiam imbecillitatis nostræ secundum experimentorum visibilia documenta facientes conjectaram de æqualibus se in inuicem ingredi-entibus creaturis, putemus Deum hominemq; commixtum, & tali confusione carnis & verbi, quasi aliquod corpus effectum, Absit ita credere, ut conflatili quodam-

quodainmodo genere duas naturas in
vnam redactam arbitremur esse substanti-
am: huiusmodi enim commixtio partis
vtriusq; corruptio est. Deus enim, qui
capabilis, non capax est; penetrans, non
penetrabilis; implens, non implebilis; qui
vbiq; simul totus est, & vbiq; diffusus est,
per infusionem potentiae suae misericor-
diter naturae est mixtus humanæ &c.

Epistola 57.

Quæ totius plenitudinis Deitatis Filij
Dei capax fuit, vt Augustinus Pauli di-
ctum Colos. 2. interpretatur. **D** e **v** s vbiq;
præsens est, & vbiq; totus præsens, nec
vbiq; habitans, sed in templo suo, cui per
Gratiam benignus est & propicius. Capi-
tur autem habitans, ab alijs amplius, ab
alijs minus. De ipso vero capite nostro
Apostolus ait: Quia in ipso inhabitat om-
nis plenitudo Diuinitatis Corporaliter.

Iustinus in *cōfessiōne mīsericōrdi*. Sicut Sol
æqualiter nobis omnibus & singulis af-
fulget, sed oculi nostri non æqualiter
splendorem illius capiunt: ita Sol IUSTI-
TIA omnibus ex æquo secundum essen-
tiā, vtpote **D** e **v** s existens, adest: sed
omnium nostrū oculi infirmi & fordi-
bus peccatorum cæcutientes, splendo-
rem illius capere non possunt. Proprium

F 5 vero

verò ipsius templum purissimus oculus genitrix est, totius lucis (Solis Iustitiae) splendor, cuius rem capiens.

Hæ qualescumq; imagines modum admirandæ huius vniōnis diuinæ & humanae in Christo naturæ, quam Hypostaticam seu personalem vocant: aliqua etiam parte declarant. Quem cum in hac caligine mentium nostrarum penitus persipit, cere nequeamus: firma & simplici Fide in indefinitionibus symbolorum, quas ex illustribus verbi diuini testimonijs, venus ecclesia extruxit, adquiescamus: &, cum concilio Chalcedonensi, Vnum & eundem confiteamur Filium, Dominum nostrum Iesum Christum, & una vocem omnes doceamus, perfectum eundem in diuinitate, & perfectum eundem in humanitate. Deum verum, & hominem verum, eundem, ex rationali anima & corpore: consubstantialem patri secundum diuinitatem, consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem, per omnia nobis æqualem absq; peccato, ante secula quidem ex patre secundum diuinitatem, in extremis autem diebus eundem propter nos, & propter nostram salutem, ex Maria virgine & Dei genitrici.

*Symbolum
Chalcedo-
nense.*

genitricē secundum humanitatēm geni-
tū.

Vnum & eundem Iesum Christum,
filium & Dominum vnigenitum, in dua-
bus naturis, inconfusē, immutabiliter, in-
diuīse, insegregabiliter cognitum atq; de-
prædicatum : haudquaq; naturarū diffe-
rentiam vniōne tollente, sed proprietatem
potius vtriusq; naturæ conseruante, quæ
in personam vnam, & in subsistentiam
vnam concurrit : non veluti in duas per-
sonas dispergitum aut diuisum, sed vnum
& eundem filium vnigenitum, D E U M
Verbum Dominum nostrum I E S U M
C H R I S T U M , quemadmodum antiqui-
tus Prophetæ, & ipse de se ipso nos docu-
it C H R I S T U S , & Symbolum patrum
nobis trādidit.

Hactenū definitionem incarnatio-
nis Filij Dei, & causam formalem vnio-
nis hypostaticæ, vtcunq; declarare cona-
ti sumus. Nunc igitur cæteras causas ad-
demus.

Q V I C O N C E P T V S E S T D E S P I R I T V S A N C T O .

Causa

CAusa efficiens incarnationis Filij Dei est SPIRITVS Sanctus, non quidem ex sua substantia gignens, sed ex Maria Virginis substantia creans, & sanctificans massam, ex qua corpus nascentis Marii format, quod, una cum anima rationali, λόγος Filius DEI assumendo, uniuerso & uniendo assumpsit. Luc. 1. Spiritus sanctus veniet super te, propterea etiam quod nascetur ex te, SANCTVM, Filius DEI, vocabitur. Cum enim ex commixtione seminum viri & mulieris concipiatur natura immunda & polluta peccato. Psal. 11. In peccato concepit me mater mea: Christum autem mediatorem oporteret αὐτὸν καὶ ἄγεν τίνεις. Ebræ. 7. Ideo non ex virili femine, sed mystico spiramine, Verbum DEI factum est caro; Fructus ventris floruit, ut Hymni verbis utar, εἰς Ναζιανέντονα προστάτων Παρθενικῶν Βλάσποντος θεοῦ βρέφος, ἐν σωμάτῳ οὐ πνεύμα θεοῦ μετάλοοι, ναοῖς αἰγυνοῖς ἐγείρεσθαι. Μητὴρ ως Χριστοῖς ταῖς: Χριστοῖς δὲ λίγοιο.

Vt autem cæ. era Trinitatis opera eterna, pleraq; sunt indiuisa: sic, etsi sola Filiij Dei persona, Homo facta est: tamen

earo assumpta, & illius cum Filio D ^{ei}
 Vnio, commune totius Trinitatis opus
 est, sicut in dicto Lucæ, Spiritus Sanctus
 veniet super te, & virtus altissimi obum-
 brabit tibi; tres personas distincte expri-
 mi & coniungi videmus: & Altissimi
 nomen, Deo patri tribui; Virtutem altis-
 simi esse Filiuni, qui i. Cor. 1. etiam D ^{ei}
 sapientia & D ^{ei} Virtus nuncupatur. Hic
 obumbrat Mariam Virginem, & totam
 ecclesiam, intercedens pro nobis apud æ-
 ternum patrem, & tegens nos velut vim-
 braculum aduersus incendium iræ Diui-
 næ, maledictionis legis, tyrannidis Dia-
 boli, mortis & damnationis æternæ. pe-
 culiari autem ratione Virginem Mariam
 obumbrat & complectitur, dum ex illa
 naturam humānam assumit.

Spiritus sanctus verò, vt in prima cre-
 atione res nascentes viuificans vitali calo-
 refuit: ita Mariæ Virgini ἐπῆλυθε, vel
 ut incubauit, patris generantis vicem sup-
 plens, & carnem ex virgine Maria crea-
 tam souens & viuificans, quam eodem
 momento Filius D ^{ei} in unitateni suæ
 personæ assumpsit, atq; ita de spiritus san-
 ctii non essentia sed potentia: nec genera-
 tione sed iussione & benedictione conce-
 ptus est.

Nes

Nec personæ aut Individui per se subsistentis rationem habuit natura humana, antequam a Filio D e i assumeretur (alioquin duæ essent personæ , nec Mariæ *genitrix* esset) sed Filius D e i assumendo Animam & corpus vniuit& vniendo assumpsit : atq; ita suæ carnis acceptione in Maria virgine, conceptus , & homo secundum caro assumpta, verbi incarnatione conce-

Damasc. pta est. *ἀμα τὸν οὐρανόν*, inquit Athanasius.
Iib. 3. cap. 2. *ἀμα Ἰησούς λόγον οὐρανόν*: *ἀμα οὐρανόν εὑρετικόν*.
Athanas. *Χριστὸν λογικόν*: *έτοιμον τούτον εὐαγγελίου τὴν λόγον κωνσάσιν*. Statim cum caro illa cœpit esse , propria D e i verbo facta atque ita in ipso conceptionis ortu, Dei verbi κωνσάσιν personaliter vnitata est : ut ab ipso velut primordio & radice , humanam naturam in Christo primum reparari , & nostram pollutam conceptionem & nativitatem per Christum Sanctificatam ; & beneficia Christi ac æternam salutem , ad scelus etiam in ipsa conceptione, gestatione & nativitate pertinere, iciremus.

Cause impulsuæ & Finales conceptionis & incarnationis Filij Dei, supra pro-

proemio aliquantum euolutæ & explicatae sunt. Quarum consideratione agnitionem iustitiae & immensæ erga nos misericordiae & amoris Domini, propter Filium nobis natum & datum a peccato & morte nos liberantis, et iustitiam ac vitam æternam restituentis accendamus, & ardenti gratiarum actione pectora nostra inflammemus.

NATVS EX MARIA VIRGINE.

Materia ex qua Filius Domini naturam humanam assumpsit, est **VIRGO MARIA** nata ex posteritate Abrahæ et Davidis: ad quorum stirpem promissio de Semine Benedicto, cuius agnitione & Fide omnes sancti patres, Prophetæ, & alij ppi, etiam in veteri testamento saluati sunt, alligata erat. Gen. 22. 2. Reg. 7. 23. Paral. 17. Psal. 89. 72. 132. Ierem. 23. 33. Matth. 22. 15. Act: 2. Rom 1.

Voluit enim Deus sciri in ecclesia, Vnde & ex qua familia promissus Saluator expectandus esset? Ideo expressa mentione Mariæ matris Christi, (quam exstirpe

Dauid

David ortam suisse, ex Genealogia Iosephi ab Euangelistis contexta (fœminas enim ex eadem tribu duci oportuisse conitat) in Symbolo facta est. Nec per Mariam Virginem, vclut per canalem tantum, Natura Christi humana cœlitus in uterum Virginis illata, transiisse existitur, vt Anabaptistæ nostro tempore, & Valentiniiani olim senserunt; sed ex substantia Virginis Mariæ, Spiritus sancti co-operatione, factam & sanctificatam, & a Filio D[omi]ni in personæ unitatem assumptam esse sciamus. Ideo fructus ventris Mariæ Luc. 1. & semen mulieris in prima promissione nominatur, ad quam Paulus respiciens, eamq[ue] interpretans. Gal. 4. ait, D[omi]num mississe Filium suum ~~progenitor~~ natum seu factum Ex intellere. Qua prepositione, Angelus etiam, Mariæ Virginis conceptionem Filij annuncians, utitur: Quod Ex te nasceretur Sanctum, Filius Domini vocabitur. Circumspecte enim inquit Athanasius, & cum bona cautione Gabriel euangelizauit, non simpliciter dicens, Id quod natum fuerit In te, ne forinsecus introductum in eam corpus existimaremus, sed quod Ex te inquit nasceretur, quo ex eius natura cum primogenitum

genitum esse crederemus. Et prolixam Valentianorum in hoc articulo refutationem instituit Irenaeus lib. 3. præcipue cap. 26. 27. 28. 31. & sequentibus : & recentis Urbanus Regius, quæ secundo Lutheri Tomo VVitt: inserta est.

Virginem verò fuisse Mariam matrem Christi, ante, in, & post partum perpetuo mansisse, prolixa disputatione defendit Ieronymus contra Heluidium, tametsi Basilius μεγάλης οἰκουμενίας αὐλαγκάριος τὸ παρθενίας : τόδι ἐφ' εὖης διπλωματικούντων τῷ λόγῳ & μυστεῖᾳ existimat.

Nos testimonia de Virginitate Mariae in tota conceptionis & Natiuitatis Christi historia Luc. 1. & 2. tradita, simpliciter retineamus, & congruentia veteris Testamēti oracula & Typos adiungamus. Esa. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet Filiū. Gen. 3. Semen mulieris, (non viri) conteret caput serpentis. Galat. 4. Misit Deus filium suum natum ex muliere, sic enim sexus ratione Maria nominatur. Ierem. 31. Ecce nouum faciet Dominus in terra; Fœmina circundabit virum. Ezech. 44. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transiet per eam, quo-

niam Dominus D e u s Israel ingressus est per eam, eritq; clausa. Gen. 49. Donec vchiat S I L O H. Significat autem שִׁלּוֹה, χριστός, seu pellem inuoluentem foetum, quam secundinam medici appellant, & Synecdochice, foetum ipsum. וְ affixum foeminini generis esse volunt, שִׁלּוֹה, secundinarius, seu foetus E u s i.e. foemina, sed Filius Virginis, ut Esaias interpretatur. Hæc explicatio nominis S I L O H in pre-
catione, dulcissimis Philippi versiculis, quos studiosis ediscendos recito, exposita est,

Gnate Dei effigies æterni viua parentis

*Aeterna verbum mente satumq; patris
Indutus nostra qui carne in virginis alvo*

*Humanum accedis, maxime Christe genui
Te pius Isacides compellat nomine S I L O H,*

Quod teneræ es foetus virginis ipse tener.
Ac velut inuoluens foetum membrana recentem

Dum rude sub matris pectore turget onus
Mollis & ad motu non est durabilis villos

*Pendet & in cotylis squalida tota nouis:
Sic infirma fuit caro tunc tua, maxime Christe*

*In cruce pro nobis cùm lacerata fuit.
Indueras etenim mirando foedere carnem:*

Huic nostræ similem, supplicijq; ream: seb

Sed prorsus fragilis nos ipsi & sordida pellis,
 Materna Chorion tæbe reumq; sumus
 Attamen hoc viuet Chorion quando induis ipse
 Voce tua sanans atq; crux lauans.
 Sic autem nobis diuina hæc munera dantur
 Cum discunt vocem pectora nostra D E I.
 At cœtus ideo discentum Christe tueris,
 Ut Chorion verè sit schola casta tuum
 Ab tua tutâ precor seruetur fascia S I L O H
 Ne queat hanc vllus dilacerare furor.

Recitant autem in scholis quatuor causas,
 cur ex virgine nasci Christus debuerit,
 cum enim verus & naturalis Dei filius
 esset, non conuenisse aiunt, ut alium pa-
 trem quam Deum haberet. ac vt λόγος
 seu Verbum mentis, absq; omni corrup-
 tione mentis coricpit, ita carnem Ver-
 bi D E I, sine matris corruptione concep-
 tam esse. cumq; ideo natus fit Christus,
 vt nos natutra filij iræ, in filios Dei regene-
 remur: Christum suo partu ex Virgine
 ostendisse, membrâ sua de Virgine ecclæ-
 sia secundum spiritum nascitura esse. sed
 probabilior & grauior cœteris est postre-
 ma ratio, Quia ex commixtione semi-
 num Viri & mulieris nascitur natura im-
 munda & polluta peccato. Letit. 12.

G 2 Chri-

Christum agnum Dei Verè *ayror* purum
ac impollutum , tollentem peccatum
mundi, sine viri coniunctione & concu-
piscentia carnali ex virginē edi oportuissc.

Ex Virgine despōnsata Viro nasci Fili-
um D̄ si voluisse scribūnt, vt vtrunq; ge-
nus Vitæ , Virginitatem & coniugium
pariter sibi probari ostenderet. & à prin-
cipe mundi huius , Maria futura mater
Christi non agnosceretur, & ipsa Virgo
mater, domesticum pudoris sui Virginis
lis testem (ne lapidibus iuxta Legem
Deut. 22. obrueretur) & in fuga & exilio
Aegypto custodem potius quam mari-
tum Iosephum haberet , deniq; vt per
Genealogiam Iosephi, cui Maria cognata
erat, Mariæ etiam origo, (Fœminarum
enim Genealogias texere non solebant)
demonstraretur.

Plura vero de Mariæ Virginis Genea-
logia, parentibus, educatione, despōnsati-
one, conceptu & partu filij primogeniti,
apud Damascenum. lib. 4. cap. 15. 7. 3. &
lib. 3. cap. 12. & in proteuangelio Iacobi
quod ad narrationes Lucæ. 1. 2. & Matth.
1. 2. non inconcinnè accommodatum est
studiosi inuenient.

Renouatur etiam in tristissimis ho-
rum

rum temporum de persona Christi certaminibus, curiosa & friuola de partu Mariæ quæstio. An Christus, vñitato naturæ ordine, apertis virginibus claustris, genitus sit? an vero, vt præter rerum seriem conceptus; ita etiam præter naturæ leges, clauso manente Virginis vtero, maximus infans.

*Intemerata sui conseruans viscera templi
Ihesum vacuarit iter? pro Virgine testis
Partus adest, clausa ingrediens & clausa relin-
quens, vt Sedulius Poëta vetus & Christianus cecinit, alludens haud dubie ad
Ezechieli portam clausam cap: 44.*

Satis est autem simpliciter retinere articulum fidei, vt verba sonant, Filium Dei unicum, Dominum nostrum, ex virginè Maria natum esse, nec de modo partus, quem scriptura non definit, curiose arcana Dei vel mulierum scrutari necesse est. tametsi ex clauso Virginis vtero in lucem prodijisse, non recentes solum multos, sed veteres etiam scriptores Ecclesiasticos, & in his Augustinum, sensisse constat Epist. 3. Demus Deum aliquid posse, quod nos fatemur inuestigare non posse. Ipsa virtus, per inuiolata matris virginæ viscera, membra infantis eduxit,

G 3 quæ

quæ postea per clausa ostia, iuuenis membra introduxit. Gregorius Homilia de octaua paschæ. Illud Corpus Domini intravit ad discipulos ianuis clausis, quod ad humanos oculos per nativitatem suam clauso exiit Virginis ytero.

Damaſc. lib. 4. Cap. 20. sine dolore peperit, quia voluptas conceptus non præcessit. Solùm transiuit per eam & clausam seruauit ipsam. per auditum quidem Conceptio, sed nativitas per confusum parientium egressum. tametsi non nulli fabulantur, per latus diuinæ matris ipsum editum fuisse. Non enim impossibile illi erat per clausam portam intrare, et illius non lædere signaculum. Dolores partus quos effugit pariens, illos tempore passionis sustinuit.

Augustinus tract. 121. In Iohannem, Moli corporis, ubi diuinitas erat, ostia clausa non obstiterunt. Ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo nascente virginitas matris inuiolata permanxit. Serm. 158. de tempore. Ex incorruptis matris visceribus salua virginitate processit. Appauuit discipulis ianuis non apertis. Inde clausus exiuit, Huc exclusus intravit. Serm. 159. Ille veniens per clausas ianuas intravit,

intravit, qui nascens integritatem matris non violavit. Beda in Lucam. Potuit clauso exire sepulchro, qui clauso exituit vtero, Bernhardus, in Vigilia natalis Domini. O Partus sine dolore, non referans sed con-secrans virginalis vteri templum. Ambro-sius. Quid naturae ordinem quæris in Christi corpore, cum supra naturam sit partus ex virgine, sed hæc curiosius agita-re nihil opus est.

DE COMMUNICA-TIONE IDIOMATVM.

MAgis necessaria & grauior quæstio est, à Cyrillo & Nestorio magnis contentionib. olim agitata, & in Ephesina Synodo decisa. Cum Filium Dei unicum, ex Maria Virgine natum esse, in Symbolo profiteamur. An vere & propriè, Maria D E V M genuisse, & *Georōn* seu D E S I G N I T R I X dici possit? ut in prima no- ui testamenti synodo, Maria & Elisabeth, mater Vate D E I foeta, puella Deo, conuenientes, Messiam patribus promissum iam conceptum, & MARIAM M A T R E M D O M I N I esse decernunt, sicut Angelus Gabriel prædixerat. Quod s x

TE nascetur sanctum FILIUS DEI VO-
cabitur.

Ad hanc quæstione & similes plurimas,
An D E V S Filius, cùm sua natura sit im-
passibilis & immortalis, verè pro nobis pa-
sus & mortuus sit? An Dominus gloriæ
pro nobis crucifixus? An D E V S ecclesiæ
suo sanguine redemisse, verè dicatur? An
hic Homo Iesus Mariæ filius fit verè &
natura D E V S, creator cœli & terræ, &c.
ad has inquam & similes quæstiones, dex-
terius explicandas, & personalem duarum
in Christo naturarum vniōnem seu per-
sonæ Identitatem in Christo testifican-
dam, vetus ecclesia, Canonem certum ad-
hibuit, quem, Synodus Ephesina, & se-
quentes postea repetierunt ac illustra-
runt, videlicet, Ea, quæ in sacris literis de
Christo dicuntur, non de alterutra na-
tura Diuina aut Humana, sola, & se-
orsim considerata, sed de tota Christi
persona dici & prædicari: & proprietates
naturarum, & actiones ac passiones om-
nes, etsi alteri tantum naturæ originaliter
congruant tamen exemplo scripturæ, toti
personæ, ex duabus & in duabus naturis
subsistenti, tribuendas esse. Quam Regu-
lam, Theodoretus, post explicatam simi-
litudinem

litudinem unionis Animæ & corporis in Homine, de quo animæ & corporis definita Idiomata, vere enunciantur, his verbis recitat: Οὐτω ποιαρέν οὐ τὸν ωρὶ^ς Χειστὸν οὐτοῖσθαι τελοῦνται λόγυες, Εἰ τὸν μὲν τὸν Φύσεων Διὰ λεγαμένας, διπονέμεν ἐκατέρᾳ τὰ τελοφορεῖ, καὶ εἰδέναι τίνα μὲν τῆς θεόπτοτος, τίνα δὲ τῆς αἰθρωποτητοῦ οἶδα. οὖν δέ γε τὸν τὸν τελοφορεῖσθαι λόγυες, καὶ πάλιν τὸν τὸν Φύσεων οἶδα; καὶ ταῦτα, κακῶν τῷ σωτῆρι τελοφαρμότινον Χειστὸν καὶ τὸν αὐτὸν καλέντιν, καὶ θεὸν, καὶ αἰθρωπον. καὶ τὸν θεόν, καὶ τὸν αἰθρωπόν, καὶ τὸν Δαβὶδ. τὸν κύρον Δαβὶδ, καὶ τούτην Αἴσαραν καὶ τοιτὴν Αἴσαραν, καὶ τὸν αλλαπότην ὀνόματος. Sic igitur & nos de Christo loqui oportet. Quando de naturis in Christo loquimur, oportet cuique naturam tribuere, quæ eius propria sunt. Et scire, quod quædam propria sunt Diuinitatis, quædam humanitatis. Quando vero de persona loquimur, oportet ea quæ naturalium propria sunt, personæ communia facere & hæc & illa tribuere salvatori Christo, & eundem appellare Deum &

hominem, filium DEI & filium hominis,
filium Dauidis, & Dominum Dauidis,
Semen Abrahæ & conditorem Abrahæ,
& cætera omnia similiter.

Hanc prædicationem proprietatum
vnius naturæ in Christo, de persona Chri-
sti in concreto, postea in scholis, COMMU-
NICATIONEM Idiomatum vocarunt.
quæ vunionem personalem velut effectus
causam consequatur.

Ideo enim vtriusq; naturæ proprie-
ties, personæ in concreto vere & realiter
communicantur, quia duæ naturæ perlo-
caliter vnitæ sunt, seu quia tantum una
est persona Filius Dei natus ex Maria Vir-
gine, passus, crucifixus, mortuus, &c.
Rursum ideo discernuntur proprietates
naturarum, & adhibita particula distin-
ctiua, secundum carnem natus ex semine
Dauid, secundum carnem passus, cruci-
fixus, & mortuus esse Filius Dei dicitur,
quia naturæ manent inconfusæ & tamen
insegregabiles. Non .n. tollit vnio natura-
rum differentiam, sed vtraq; natura suam
proprietatem essentialiæ, & distinctam
suam operationem retinet.

Etsi igitur actiones & passiones sunt
personæ: tamen quælibet natura, quod
propri-

proprium est, verum non sine alterius
communione, operatur: ita ut agens sit
persona: Actuum sit natura: & omnes
actiones sint totius personae: sed tamen,
quod ad originem actionis attinet secun-
dum aliud & aliud. Idiomata vero, & in
his, actiones & passiones vnius naturae
non tribuuntur alteri naturae in abstracto
seu per se consideratae, sed personae com-
municantur in concreto. *Ἐγώ Φύσεων
ἴδια, κοινὰ δὲ τρέπονται γένος.* Propria
enim naturarum, communia personae
facta sunt. Vtis vero harum Regularum
est, ut personae Christi Vnitas, & duarum
naturarum distinctio, in loquendo conser-
uetur: nec duæ personae existimetur, Filius
natus ex Maria Virgine pro nobis passus
& mortuus; Et Filius Dei vnigenitus im-
passibilis & immortalis (vt Nestorius
sensit) nec naturae ipsae & essentiales ea-
rum proprietates, inter se confundantur,
aut mutatae vel conuersae vel abolitae pu-
tentur (vt Eutyches vnam verbi incarna-
ti naturam pro nobis passam esse conten-
dit) sed vt in personae unitate, naturarum
differentia, & Idiomatum distinctio reti-
neatur; & aliquo modo discriminetur
Hypostaticam vunionem, & societatem
seu

seu inhabitationem & efficaciam Dei in
alijs sanctis conspiciatur.

Hæc eti sere summa est doctrinæ de communicatione Idiomatum proprie dicta: tamen cum nostra ætate adeo atrocies de his effectibus seu consequentibus vñionem duarum in Christo naturarum communicationibus & formis loquendi, contentiones exarserint: Plura adiungam, ac ut magis perspicua sit explicatio: primum, vocabula Naturæ, personæ, patrum ante declarata; item Abstracti, Concreti, Idiomatum, ~~concreti~~, veræ significatio nes in conspectu sint.

Latè autem in omnibus ferè doctrinis usus distinctionis vocum ABSTRACTI ET CONCRETI patet. Singulis enim rebus (in natura existentibus) Forma certa & Species seu differentia specifica inest; qua res est id quod est, & ab omnibus alijs diuersæ speciei rebus discernitur.

Hæ Formæ rerum, tum Substantiales, tum accidentales, extra res singulas seu subiecta quibus insunt aut inhærent (que in naturis rationalibus personas nominamus certis proprietatibus seu principijs in diuiduantibus a cœteris in eadem specie subsistentibus distinctas) per se non subsistant,

subsistunt, nec cerni re ipsa oculis, vt res singulæ seu individua accidentibus uestita possunt. Et tamen has formas, seu species, pluribus individuis communes, ab individuis seu subiectis & personis quibus insunt, mente & cogitatione discerni saepè oportet.

Ideo distinctæ appellations Concreti & Abstracti inuentæ sunt, ex quibus Abstracta, nudas species seu formas rerum, cogitatione à subiectis, seu personis, in quibus insunt aut inhærent, abstractas, & per se consideratus significant, vt Humanitas seu Forma specifica hominis, forma stellæ, equi, sapientia, iusticia, pacientia.

Concretum vero, subiectum habens formam vel Substantiam vel accidentalem: (seu eandem formam in rebus singularis subsisteritem vel inhærentem) declarat, vt: Homo quidam Job in terra Hus; stella Arcturus aut Syrius; sapiens Salomon, Iustus Ioseph, patiens Iobus &c.

Sic in præsenti de duabus in Christo naturis articulo, ABSTRACTA nomina-mus, NATVRARVM per se considerata-tum appellations, quales sunt, Geomys Deitas, Diuina essentia, Diuina natura, Diuini-

Diuinitas, Spiritus &c. *αἰθερότης*, Humanitas, Humana natura, Caro, Sanguis.

Dixi autem de NATVRÆ DIVINA
seu Deitatis vocabulo supra, id alias ab-
solutè, pro essentia totius Trinitatis com-
muni, alias relatè, in vna aliqua Trinitati
personæ considerari. Quare cum Chri-
sti Deitatem seu Naturam diuinam no-
minamus, plerumq; non natura tantum
in abstracto, sed ipsa persona $\Sigma \lambda \circ y \gamma \delta$ si-
mul indicatur.

Rursum hæc voces, Deus & Homo
IN CHRISTO sæpè naturas potius (con-
creto vocabulo enunciatas) quam perso-
nas significant. Est enim Christus Deus
& Homo, non quod duæ in eo personæ
diuina & humana, sed duæ naturæ in vni-
tantum persona existant, quarum illa ex-
titionem personalitatis ab æterno habuit,
hæc in illa sustentatur & subsistit. Itaque
in scholis hæc nomina Deus & Homo
cum in sermonibus de Christo subiiciuntur,
duo simul habere significata dicuntur
vnum formale, quo natura : alterum ma-
teriale, quo persona notetur. ut manife-
stum est nomen Deus, alias essentialiter
pro Deitatis natura, alias personaliter pro

CONCRETA.

109

certa persona, usurpari, Deus erat in Christo. Misit Deus filium suum natum ex muliere. Deus deus genuit &c.

Visitare autem PERSONAS CHRISTI, ex duabus & in duabus naturis subsistentis Nomina, CONCRETA appellantur, siue à diuina, siue humana, aut virtutis, natura, denominatio fiat, ut Filius Dei, Deus λόγος, Dominus, unigenitus, Dominus gloriae (secunda persona diuinitatis) HOMO Christus, Homo, Filius hominis, semen mulieris, Germen & Filius Dauidis, Filius Mariæ, Iesus CHRISTVS, Emanuel, θεοφανείας, Theander, Mediator, Redemptor, Saluator.

His Concreti appellationibus videntes, non unam tantum in Christo naturam, diuinam aut humanam, distinctim aut separatum considerant; sed personam Christi, ex duabus & in duabus naturis subsistentem notamus, siue ab utraq; siue est alterutra tantum natura concretum vocabulum denominetur, ut Filius Dei, Pro nobis mortuus est, Iesus Mariæ filius est omnipotens creator cœli & terræ. Christus liberat à morte & donat vitam æternam;

æternam : est adorandus cum patre & filio &c. Id appellant scholastici, in Concreto, seu per vocabula concreta loqui.

Rursus in abstracto dici, seu per vocabula abstracta loqui, nominant, cum appellationes, quæ ipsas naturas in Christi persona distinctas significant, usurpamus. Diuina natura Christi est creatrix cœli & terræ : Humana natura est lacerata & mortua. Caro Christi est viuisca : est adoranda. Sanguis Filij Domini emundat nos ab omni peccato. Humanæ naturæ Christi data est omnis potestas in cœlo & in terra. De his postremis propositionibus, an in concreto tantum? an verò etiam in abstracto? seu per vocabula abstracta, recte & verè enuncientur? magna hoc tempore controversia est. Sed verbis Domini de Deo loqui, & scripturæ phrases religiose imitari, haud dubie rectum est, ut suō loco monebimus.

Quod autem Lutherus enarrans quinquagesimum tertium caput Esaiæ, dicit, in loco depersona Christi, prorsus de abstracto tacendum esse. Quia Fides doceat, nullam hic esse abstractionem, sed concretionem, communicationem, & copulationem virtusq; naturæ &c. paulò aliter,

ter, quam in scholis solent, vocabulo Abstracti ad primam illius intentionem seu etymologicam notionem alludens vtitur, cum natura reipsa vel cogitatione à persona abstrahitur. Quod facientes tetricè & impie Christi personam diuidunt & diuellunt & tamen, eo ipso loco Lutherus alteram vocem, IN CONCRETO, non tantum de concretione seu vnione personali sed more scholastico etiam de forma loquendi per vocabulum concretum usurpat, cùm inquit, Omnia quæ possunt dici de diuina natura, dicuntur in concreto & de altera natura (de concreto alterius naturæ) Item, quidquid de Filio Dominus dicitur, idem dicitur de humana natura in concreto, id est, de Homine Christo in vnione personali. Et Philippus in Dialecticis, in loco à Disparatis : Propria vius naturæ tribuuntur alteri in concreto.

Huius distinctionis vocum abstracti & concreti, naturas & personam distinctè significantium, magnus in hac doctrina vñstis est. nam Abstracta naturarum, nec de se mutuo, nec de concretis, sed sola concreta naturarum de se mutuo & non de abstractis prædicantur. Idiomata vero

H seu

seu proprietates naturarum, Personæ in
Concreto vñitate tribuuntur.

Sunt autem IDIOMATA seu PRO-
PRIETATES Naturarum, quibus ceu
characteribus & notis peculiaribus Na-
turæ inter se differunt ac discernuntur; &
*Lamberti Danei Damascenum interpre-
tantis Verba. fol. 37.* quæ vni tantum in Christo naturæ Diui-
næ aut Humanæ sic conueniunt et insint,
ut alteri eodem modo non insint. Greci
sic definiunt: Εκεινο περιγραφη, εστι αριθμητικη
και χειρικη. Ορθοδοξος λεγει την αριθμητικην
και ποιοτης, και idiomata. ut DIVINS
Cap. 3. l. 48. NATVRÆ Idiomata sunt, esse ab æterno,
esse increatum, infinitum, immensum, o-
mnipotentem, ubiq; essentialiter præsen-
tem, nullo loco circumscriptum, omnia
scire, hominum cogitationes videre, &
corda intropicere, essentialiter & immu-
tabiliter BONVM, sapientem, iustum, mi-
sericordem esse. Matth. 19. Nemo bonus,
nisi solus Deus est. Tim. 6. Soli sapientia
Deo. Nam hæc idiomata in Deo, non
ut accidens in subiecto mutabiliter ha-
rent, nec ab essentiæ Dei realitate diffe-
runt, nec vñquam subiectum suum egre-
duntur ut deserant, nec ulli creature in
commu-

communicantur, vt essentiales illius proprietates siant.

Christo autem Homini, vt ipsa diuina natura, sic Idiomata etiam seu proprietates, per Gratiam vnionis communicantur, ita vt solius diuinæ naturæ proprietates sint & maneant, & tamen in assump-
tia natura personaliter vnta tota luceant,
& vim ac operationes suas liberrima vo-
luntate exerceant.

Magna autem de Idiomatis seu Attri-
butis Diuinæ Naturæ in scholis quæ-
stio est, an & quomodo ab essentia Dei &
inter se ipsa differant & distinguantur? vi-
delicet, non realitatis essentiæ aut subiecti
diuersitate, sed ratione & cogitatione, seu
definitione & forma. alia. n. essentiæ Dei,
alia Iusticiæ, alia Sapientiæ, alia Misericor-
dæ Dei, respectu nostri definitio est. sicut
vnu & idem essentia Hominis N&5, in
τελεόποιον & *πραγματικὸν* distinguitur.

HUMANÆ NATVRÆ Idiomata seu
proprietates, quibus à Diuina differt &
discernitur, sunt; creatum & finitum esse,
habere Animam & corpus, Animam esse
essentiam spiritualem, intelligentem, im-
mortalem, corpus ex elementis concre-

tum, habere carnem, ossa &c. esse in loco
circumscripsum, videri & palpari, cestire
ac fuisse, comedere, dormire, dolere, pati,
mori &c.

In his, essentiales proprietates, κατα-
σαλιγχή τῆς Φύσεως, perpetuò in omni
æternitate mansuræ, discernendæ sunt
ab Accidentibus naturæ humanae, &
temporarijs ac pereuntibus Idiomatis, &
ab infirmitatibus peccatum secutis, quas,
vt victima pro nobis fieret, volens absq;
peccato assumpsit, quales iunt, pati, vul-
nerari, mori, sentire dolores ac cruciatus,
& similes, Quas infirmitates, & appetiti-
ones etiam naturales à Deo in natura
conditas, non solum hominibus propri-
as, verum etiam cum coeteris animanti-
bus communes, vt Christus ipse, sic om-
nes sancti, post resurrectionem deponent,
cum corpora non amplius ψυχὰ, sed
πνευματικὰ futura sunt. 1. Cor. 15.

COMMUNICATIO, KOINONIA

Græcis, vt coeteræ voces Relatiuæ, alias
actiue significat respectu communicantis,
exhibitionem seu largitionem, qua quid
alteri tribuitur vel multis communie fit,
seu inter plures distribuitur. vt Cœna Do-
mini

mini à paulo *restitutio corporis Christi* nominatur : alias passiuè, respectu accipientis, participationē seu receptionē; vt Perus nos per agnitionē Dei & fidē *restitutio corporis Christi* Diuinæ participes naturæ fieri ait: alias formale seu communicationem & *Communicationem* ipsam declarat. Interdum etiam pro effectis seu dono & recommunicata, vt Paulus de eleemosynis in commune collatis usurpat.

2. Pet. 4

Est autem in præsenti doctrina de persona Christi naturarum, et Idiomatum Communicatio seu Communio, non Conuersio & transmutatio, vel, confusio naturarum physica, qualis ciborum in ventriculo vñitorum mixtio & transmutatione fit: nec essentialis communicatio & exæquatio, sicut æternus pater filio essentiam, & omnia idiomata diuina, quæ non differunt ab essentia realiter, gignendodedit, & per omnia sibi exæquauit: nec PHYSICA effusio; qua, proprietates unius naturæ, (vt calor ab igne in aquam, vel oleum ex pyxide effusum) eā velut desertā et ab ea separatæ ac disiunctæ in alteram, immigrent: nec phrasis tantum figurata & impropria seu appellationis

H , solum-

solummodo & honoris verbalis communicatio, ut quidam loquuntur: multo minus plane imaginaria & ficticia: sed vera & realis Communio, Unioni Hypostaticæ, consentanea & respondens: in qua, proprietates & actiones vni naturæ conuenientes, toti personæ Christi ex duabus & in duabus naturis subsistenti, verè & realiter communicantur: & Nomina officij, & opera ac Beneficia mediatoris, Sacerdotij & regni omnia, toto personæ Christi secundum vtramq; naturam (manente tamen propria singularem naturarum operatione) verè & re ipsa tribuuntur, & Eminentia, Honor, Dignitas, Excellentia, Maiestas & Gloria diuina, Humanæ Christi naturæ, præter & ultra communem & naturalem illius conditionem, supra omne nomen quod nominatur, a Filio D e i, non titulo tenus seu appellationis honore tantum, sed verè & re ipsa consertur & communicatur.

Non enim vna & simplex eommuni cationis ex vniione duarum in Christo naturarum emanantis formâ est, nec eadem ratione omnia de Christo in sacris literis enunciata, ipsi tribuuntur. Horum varios

varios & multiplices modos , circiter vi-
gintiquatuor Damascenus alicubi colle-
git.

Qui tamen omnes commode referri
ad tria hæc distincta Genera queunt, iam
recitata & definita , quæ sunt :

Communicatio Idiomatum , personæ
secundum alterutram tantum naturam
propriè conuenientium.

Communicatio officij seu operum &
beneficiorum Mediatoris , non vni tan-
tam naturæ , sed Personæ secundum v-
tramq; naturam, competentium.

Communicatio Gloriæ & Maiestatis
in assumptam naturam à Filio D ⁿⁱ reipsa
collatæ.

Fundamentum autem & fons seu cau-
sa omnis communicationis, idiomatum,
actionum, operum & maiestatis, in perso-
na Christi, est Hypostatica vnio & Com-
munion naturarum. Talis enim est com-
municatio Idiomatum, qualis est vnio &
communio naturarum.

Cum igitur duæ in Christo naturæ,
~~ταύτα τινας οὐχ ἀργέστας οὐδὲ ἀορυχύτας~~
vnitæ sint , ita vt non vnam Naturam
ex duabus confusam , sed vnam tantum

H ^{is} personam

personam constituant: sequitur etiā natu-
tarum communio seu *κοινωνία* in Concre-
to, ut verisimiliter sint propositiones.

Filius Dei factus est Homo.

D e u s est Homo.

Verbum caro factum est.

Filius hominis est filius Dei vivi.

Matth. 15.

Quod ex Maria nascetur sanctum, est

Luc. 1.

Filius altissimi.

Rom. 9.

Christus Homo est vere & natura-

I. Petal. 17.

D e u s.

Christus Filius David est Iehoua in
Jeremi. 23. excelsis.

Cum enim humana Christi natura,
non in se, sed filio Dei, personaliter sub-
sistat: & Filius Dei λόγος iam non tan-
tum diuinæ, sed etiam adsumptæ huma-
næ naturæ ὑπόστασις fit: ideo Filius Dei
Homo, & hic Homo Mariæ filius, viuen-
tis Dei filius in concreto dicitur, quia
una tantum est persona. Non autem in
abstracto Naturæ de se mutuo prædicant-
tur: Diuinitas Filij Dei est Humanitas,
nec humana natura Christi est diuina.
cum salua naturarum proprietate & diffe-
rentia Unio ἀρχέπλωσ καὶ ἀσυγχύτως fa-
cta sit,

Ita sit, non ad unam naturam compositam, sed ad unam Hypostasin seu personam.

Ex hac naturarum in Christo personali communione, Idiomatum etiam & actionum ac passionum alteri tantum naturae verè ac propriè conuenientium communicatio & prædicatio de tota persona Christi in Concreto nascitur et emananat, ut verissimæ sint & certissimæ propositiones.

Filius Dei est natus ex muliere.

Gal. 4.

Datus suo sanguine ecclesiam redemit.

Act. 20.

Reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius.

Rom. 5.

Dominum gloriæ crucifixerunt.

I. Cor. 2.

Maria est *Θεοτόκη*.

Luc. 1.

FILIVS DEI est natus ex Maria virginis sub Pontio Pilato. (ginea.)

Gal. 4.

CRUCIFIXVS,

Luc. 1.

MORTVVS ET SEPVLTVS.

Ebr. 5.

I. Cor. 2.

Rom. 5.

Quia hæc persona, in qua unione hypostatica naturæ humanæ unita est Divina, nascitur & crucifigitur: seu, quia hæc persona, nata ex Virgine, passa, crucifixæ &c est Deus. Nam patiente Petro (quem sub Nerone crucifixum esse scribunt) et si

Hs

Deus

Deus ipsi sua Gratia vnitus est, & in eo habitat: tamen impropre dico, D E U M passum & crucifixum esse. Quia persona Petri quæ crucifigitur, non est D E U S: seu, quia in Petri persona non est hypostaticos humanæ naturæ diuina vnit.

Sed Christo paciente, verè & proprie dicitur pati persona, quæ D E U S est: non quod Diuinitas ipsa, sed corpus persona-liter Diuinitati vnitum, laceretur & moriatur. sicut recte & verè dico, Salomonem esse sapientem, etiam si non corpore, sed mente sapiat. Petrum crucifigi & mori, etiam si non anima Petri, quæ est & manet immortalis, sed corpus tantum ab anima desertum extinguitur. quia corpus & anima Petri sunt una persona.

Particula distinctiva. Itaq;, vt in vnitate personæ, distinctio naturarū & proprietatū etiam conseretur: Scriptura particulam distinctiū his prædicationib. adiungit, qua declarat, secundum q; naturam originaliter personæ cōueniat, quod in concreto de ea predicitur, seu cuius naturæ idioma sit, quod de tota persona dicitur. R o. 1. filius D e i natus est ex semine Dauid secundum carnem. Rom. 9. Qui est ex patribus secundum carnem. Act. 21. Ex fructu lumborum eius

cius secundum carnem. 1. Pet. 3. Christus
semel pro peccatis nostris passus est, iustus
pro iniustis, mortificatus carne. 1. Pet. 4.
Cum Christus passus sit pro nobis carne,
& vos eadem cogitatione armemini,
quod Christus patiens pro nobis carne,
cessare fecit peccatum, etc. 2. Cor. 13. Crucis
fixus ex infirmitate (secundum huma-
nam naturam infirmam & mortalem, seu
quod ad formā servi imbecillam attinet)
Vivit autem ex virtute Dei potentissi-
ma Diuinitate resuscitatus ex morte.

Sic ad imitationem scripturæ Patres,
vt naturarum in una Christi persona dif-
ferentiam, sine confusione distinctam ser-
uarent; varijs particulis distinctiuis, secun-
dum, in, ex, quia, quā, quatenus, per, prout,
in quantū, in forma, natura, *καὶ οἰνοράμια,*
humanitus, diuinitus &c. vñi sunt.

Athanasius in epistola ad Epictetum;
Quæ humanum patiebatur corpus, hæc
eadem Verbum, quod corpori coniunctum
erat, ad se referebat: vt nos liceret
Deitatis Verbi participes fieri. Atq; illud
ipsum per quam mirum fuit; eundem fu-
isse & patientem, & non patientem: Par-
tentem quidem, quatenus ipsius proprium
corpus, in quo erat, patiebatur; non pa-
tientem

tientem verò, quatenus ex natura Deus
impatibilis erat, ipseq; incorporeus, in cor-
pore patibili existebat, corpusq; vicissim
Filium Dei impatibilem retinebat, abfu-
mentem corporeas iniuritates. Græca
verba sunt: ἀπὸ αἰθρῶπινον ἐπαχεῖς λό-
γος, τῶι ταῖσι σωματολόγωσεῖς ἑαυτον αἰέφε-
ρεν, οὐαὶ ήμεῖς τῆς λόγου θεότητος μηδ
χεῖν διωηθῶμεν, καὶ ην παράδοξον, οὐαὶ
τοῖς ην ὁ πάχων ημὴ πάχων. πάχων μὲν,
οὐ τὸ ἴδιον αὐτὸς ἐπαχεῖ σῶμα, καὶ τὸ αὐτό-
τοῦ πάχοντί ην. μὴ πάχων δὲ, οὐτὶ τῷ Φιλο-
τεος ὡν ὁ λόγος, ἀπαγῆς ἐστι. καὶ αὐτὸς
μὲν ὁ ἀσώματος ην ἐν τῷ παθητῷ σῶμα-
τι: τὸ δὲ σῶμα εἶχεν τὸν ἑαυτὸν τὸν ἀπαγῆ-
λόγον, ἀφανίζοντα τὰς ἀδερέας αὐτὸς τὸ
σῶματος.

Hanc sententiam totidem ferè verbis
Cyrillus in epistola ad Nestorium repetit:
Sic illum dicimus passum esse & resurre-
xisse, non quod D E V S Verbum in sua
natura passus sit plagas aut clauorum
transfixiones aut alia vulnera (Ιησος γε ἀ-
σώματος καὶ ἀπαγῆς ἐστι) Sed quia cor-
pus illud, quod ipsius proprium factum
est, passum est, ideo hæc omnia pro nobis
ipse

ipse dicitur passus. Inerat enim in eo corpore, quod patiebatur, Deus qui pati non poterat.

Simili modo & mortem ipsius intelligamus. Non quod ipse Deus Verbum, mortem esset expertus quantum, id ipsius naturam pertinet (infania est enim hoc vel sentire vel dicere sed quod vera caro ipsius morteni gustauit.

In primis autem crebro in ecclesiasticis nostrarum scholis Irenæi sententia ex lib. 3. cap. 21. non tantum naturas perspicue discernens, verum etiam proprias & distinctas singularium actiones in mirando redemptionis nostræ opere perficiendo describens citatur. οὐτεργόν τοι
αὐθεωτοῦ ἵνα πέσει, εἴ τοι καὶ λόγος τοῦ
ἵνα δοξασθῇ, ησυχάζοντο μηδὲ λόγος οὐ
τῷ πέριζεσθαι, καὶ σωματοῦ, καὶ διπεθνή-
σκει; οὐγίνομέν τοι αὐθεωτῶν τοῦ πο-
νοῦ καὶ τασμάτων, καὶ χρηστεών τοῦ
αἰσαδεγκ, καὶ αἰσλαμβάνεσθαι. Quem-
admodum enim Homo erat, ut tentare-
tur (ut tentari, pati & mori posset) ita &
Verbum, ut glorificaretur : R E Q U I E S-
C E N T A quidem V E R B O, dum tentatur,
crucifigitur & moritur (ut crucifigi &
mori

mori posset) Præsente verò homini (& adiuuante ac cooperante) vt vincere & sustinere, & alijs prodesse & resturgete, & in cœlum assumi posset.

Etsi autem Diuina filij D^es natura, non est lacerata & mortua, sed Quicquid non exerens suam potentiam in repellenda passione & morte, non propullans ab assumpta carne iniurias, cruciatus & mortem; tamen non proorsus ociosa fuisse in passione, & nullas proorsus actiones habuisse putetur. Adfuit enim naturæ patienti personaliter unita, & voluit eam obedientiam æterno patri, in pœna, debita peccatis nostris, quæ in se deriuauerat sustinenda, præstari, & proprium corpus suum seu humanam naturam à se assumptam immolari & victimam fieri: adiuvit & vires ac robur addidit, ne in agone succumberet, sed sustinere & perficere immensam molem peccati, & I^r D^es aduersus totius generis humani peccata in hanc victimam effusæ, & simul tribuere D^eo laudem Iusticiæ posset: vincit peccatum & mortem, & cruciatibus ac supplicio propriæ carnis suæ, hanc virtutem & dignitatem ac præcium addit, vt sufficiens λύτρον sit pro peccatis, per quod Deo

Deo reconciliemur, & vitam ac salutem
æternam omnes ad eum sive configuen-
tes assequamur.

Ideo huius Vnius personæ Filij Dominis
Ungeniti pro nobis hominis facti passio-
& mors, non Abelis, non Baptiste, non
tot martyrum supplicia & neces acerbæ,
placare iram Dominis, & peccatum expiare,
& mereri hominibus remissionem pecca-
torum, iusticiam ac vitam æternam po-
tuerunt. Cyrillus ad Reginas, Si Emanu-
el communis homo fuisset, quomodo v-
tilis fuisset hominis mors? Saluauit au-
tem mors Christi. MORIENS enim
NATURA Domisest, & proprium eius
corpus fuit, quod oblatum est.

QUALIS PRAEDICATIO SEV
communicatio est, verbalis ne, an realis? in
his articulis symboli; Filius Dei est pas-
sus, crucifixus & mor-
tuus?

Vera & realis prædicatio est, quæ
cum re ipsa congruit; non vana, non falsa,
non fictitia; cum non nudis verbis, aut
titulo tenus tantum aliquid alicui tribui-
tur, sed quod reuera ipsi adest. Cum igitur
persona Filij Dominis Domini & redemptoris
nostr*i*

126 C O M M U N I C A T I O
nostrī Iesu Christi pro nobis passi & resu-
scitati, non ex vna tantum natura diuina
vel humana, sed ex ambabus & in amba-
bus naturis, non verbotim aut titulo te-
nus, sed vere & re ipsa coniunctis & vniuersi-
tibus subsistat: perspicuum est, vniuersi natura
in Christo propria, toti composito se-
personæ, ex vtraq; natura coniuncti, ver-
etiam & realiter tribui & communicari.

Si enim Communicatio Idiomatum
(ut in nostrarum ecclesiarum scholis vir-
tate definitur) est prædicatio, in qua pro-
prietas vni naturæ conueniens tribuitur
personæ in concreto, quia hæc duæ naturæ
λόγος & natura assumpta sunt vnu
ὑφισάμδυον: tum Realem esse prædicati-
onem seu communicationem, non dubiu-
m est: nam persona in Concreto, non
alteram solum naturam, diuinam aut hu-
manam seorsim, sed vtramq; simiū articulat-
issimo nexu seti ταυτοποίει vniuersitatem con-
plectitur. Ideo quæcunq; de vna natura
vere & propriè dicuntur, eadem de per-
sona etiam, in qua realiter natura illa sub-
sistit, vere & propriè prædicari, manifeste
conitat.

Et quia generaliter hæc definitio, per
sonæ in concreto, Idiomata vni naturæ
conuenient.

conuenientia tribui in communicatione idiomatum ostendit, non addita distinctione, an ab eadem, cuius est Idioma, vel ab altera natura, vel utraque simul, persona in concreto denominetur: perspicuum est, omnes prædicationes, in quibus idiomata naturarum personæ Christi, (alterius siue utriusque naturæ vocabulo Concreto significatae) tribuuntur: ut Deus redemit ecclesiam: Filius. *Desi λόγο* in mundo erat & mundus per ipsum factus est: Filius hominis crucifigitur, moritur: Filius *Desi* vnigenitus in mortem pro nobis datus est &c. recte & vere *idiomata των κοινωνιας* iuxta receptam in scholis nostris definitionem appellari posse.

Si vero definitur Communicatio idiomatum, qua unius naturæ proprium, tribuitur in concreto Personæ, ab altera tantum natura, cuius non est proprium, denominata; fatendum est, hanc definitionem, propositionibus iam recitatis, (in quibus Idioma unius naturæ enunciatur de persona in concreto eiusdem vel utriusque naturæ vocabulo significata) omnia per *λόγο* facta sunt, Filius hominis crucifigitur, Christus redemit ecclesiam &c.

non conteneri. & propriè eam tantum
idem apud te non varia esse, in qua vnius na-
 turæ proprietas, de persona, ab altera na-
 tura, cuius non est proprium, denomina-
 ta prädicatur. quam *aut idem* & *aut o*
mn, mutuam attributionem, & alternati-
 onem ac reciprocationem Damascenus
 nominat. cum uidelicet ex vna naturæ
 rum Christus, Deus & Dei filius appellat-
 us, suscipit consubstantiatæ naturæ, hoc est,
 carnis propria, Deus passus est & dominus
 gloriæ crucifixus, non secundum quod
 Deus, sed secundum quod homo identi-
 est. Et cum dicitur, Homo & filius homi-
 nis, suscipit diuinæ substantiæ propria-
 puerulus ante secula & Homo sine prin-
 cipio, non secundum quod puer & ho-
 mo, sed secundum quod Deus (qui est
 ante secula) factus est in nouissimis puer
 paruulus. Outre esto neq; me ambi-
 ceas, ex parte q; *Phi*losophi an *an*tidoxiis tu en-
 ga in idia, *Alia* tu *Contra* *so*meas *ad* *ap*-
te, *καὶ* tu *εἰς* *ἄλητα* *αὐτῶν* *πε* *ρι* *στο*. Hic est modus alternationis, alterna-
 tæq; attributionis utriusq; naturæ, alterna-
 tri propria vicissim reddentis propriæ per-
 sonæ Identitatem & ipsarum inticem-
 boni.

immanentiam & infessionem. & capite
precedenti. Οἰκεῖον τὸν λόγον αὐθόπινα ὁ
λόγος αὐτὸς γένεται, τῆς ἀγίας αὐτὸς σύρ-
πος ὁ τόπος, καὶ μετεδιδωσι τῇ αὐρηλίᾳ ποδί-
σιν, καὶ τὸν τῆς αὐτοδύνεως τόπον, Διό-
τιος εἰς ἄλληλα τῶν μερῶν ταῖς ξεχωρησιν,
καὶ τὸν καθ' ἴδιαν τόπον ενωσιν. καὶ οὐτὶς
τὸν καὶ διάτις ὁ καὶ τὸ Θεῖον καὶ τὰ αὐθόπινα
πατέρων τὰ εκπατέρως μόρφῳ μὲν τῆς
διατέρου κοινωνίας. Attribuit sibi V R +
et v m ea, quæ humana sunt. Ipsiū n. sunt
ea, quæ sanctæ ipsius carnis sunt. Et vicis-
sim tribuit carni, sua propria, secundum mo-
dum alternæ tributionis, videlicet proprie-
taturarum in se inuicem accessionem si-
ue immanentiam & propriæ unionem
personalem, & quod unus est & idem, qui
& diuina & humana operatur in virtuac
forma cum communione utriusque.

Theodoretus Dial. 3. Vbi hanc pro-
positionem, Διότις λόγος est passus car-
ne, multis paginis, velut Eutychianam,
refutare conatur: κοινότητα ὀνομάτων,
communionem Nominum, & alibi,
ἐναλλαγὴν ὀνομάτων alternam seu vice

I 2 versa

versa factam nominum permutationem, appellat. & Regulam saepe in horum temporum disputationibus funestis citaram recitat, ἡ εὐωτίς, καὶ ποιεῖ τὰ ὀνοματά. Vnlo communia facit nomina: Id vero de nuda & sola nominis seu appellationis tantum & honoris communicatione verbali, cui res ipsa his nominibus significare non subsit: nullo modo accipi aut probari potest. Ut enim vnio dñiarum naturarum in Christo non titulotenus & nomine tantum, sed vere & realiter facta est: ita utriusq; naturæ idiomata, toti vniuersi seu personæ, non nominetenus tantum & nudo titulo, sed vere & realiter communicatur. vt eodē in loco Theodoretus inquit, καὶ πολὺς τρόπως γέγονε, τὰ τοῦ Φύσεων ἴδια, quod non de nominum modo sed etiam rerum, nominibus significatarum, communicatione, personæ facta, intelligatur. Ideoq; veram & certissimam, imo vniuersæ redemptionis & salutis nostræ fundamentum immotum esse hanc propositionem constat: Filius Dei unigenitus pro nobis passus & mortuus est, seu D̄s v̄s λόγος pro nobis passus est carne. D̄s v̄s ecclesiam suo sanguine.

eredemit, ut Cyrilli dictum suprà recitauit, Saluavit Mors Christi, quia moriens naturâ D̄ s̄ v̄ s̄ est, & proprium eius corpus est, quod oblatum est.

Etsi aut̄ veretur Theodoretus, si D̄ evm Verbum pro nobis passum carne concedat, ne diuina natura, quæ simplicissima, æterna & immortalis est, stulte & impie à nobis lacerata & mortua esse putetur: Ideoq; regulam addit, & σύγχυσιν εἰργά-
ωτο ταῦ Φύσεων ἡ κοινότης ταῦ ὄντος των,
Communitas nominum non efficit confusione naturarum: quæ verissima est: Vtq; enim natura suas proprietates es-
sentiales in ipsa vnione retinet: tamen aliud est propria vnius naturæ tribuere personæ ex duabus & in duabus naturis subsistenti, (cui vere & realiter omnia alterutrius naturæ propria, secundum illam naturam, cuius sunt propria, com-
municantur) & aliud, easdem vnius na-
turæ proprietates tribuere alteri naturæ, in abstracto seu secundum se & in se, in ipsa etiam vnione personali consideratae: cui non vere & realiter, sed plane impro-
pria & invisa orationis forma illæ tri-
buuntur. sicut scriptura ipsa in hoc primo coniunctionis genere, per cōcreta voca-

132 COMMUNICATIO
bula loquitur, cuius præscriptum tutissi-
mè sequimur.

Dixi autem suprà, vocem D^evs λόγο^s, interdnm essentialiter, pro Deitatis Filij Dei natura; visitatè vero personaliter, pro tota Filij Dei Emanuelis persona, usurpari; priorem vocis notationem retinens Theodoretus, Deum λόγον passum esse, negat: quia Deitas seu natura diuina ipsi sit ἀπόδιση καὶ διάβατος. Posterior significatio, personæ in concreto, nunc in tota ecclesia sine ullo Eutychianismi periculo recepta est,

Ideò non solum veram, sed propriam quoq; prædicationem esse, quæ per verba concreta, personam significantia, effertur, Veteres aliqui Græci & Latini scripsérunt, ut Damascenus qui Græcorum patrum sententias studiose collegit lib. 3 Cap. 14 Mariam propriè & verè D^esi genitricem vocari proponit, & ante hunc, Iohannes ecclesiæ Romanæ episcopus, Imp. Iuliiani edictum de sancta Trinitate & fide catholica confirmans, eum, vnam veram catholicam fidem Domini & D^esi nostri Saluatoris Iesu Christi magisterio institutam, & propheticis apostolicisq; prædicationibus ubiq; diffusam & sanctorum per-

totum orbem confessionibus roboretam,
 paucum atq; doctorum sententijs aduna-
 tam, & nostræ doctrinæ consentaneam
 inconcussæ atq; inviolabiliter deuota Deo
 & pia mente seruare ait. confidentem do-
 minum nostrum Iesum Christum pro
 nobis crucifixum, vnum esse sanctæ &
 consubstantialis Trinitatis. Et quoniam
 Vnigenitus filius & Verbum Dei ante
 secula & sine tempore de patre natus,
 idem ipse in vltimis diebus descendens
 de coelis, incarnatus ex Spiritu sancto, &
 sancta atq; gloriosa semper virginine & Dei
 genitrix Maria, homo factus Dominus
 noster Iesus Christus PROPRIE ET
 VERB DEV& est: ideo & sanctam atq;
 gloriosam virginem Mariam PROPRIA
 ET VERB DEI Matrem esse &c.

Patendum est autem, Veteres quoq;
 ecclesiæ scriptores, interdum dissimiliter
 locutos esse, & minus accuratè discrimen
 inter Abstracta & concreta vocabula ob-
 seruasse: vt Cyrilus, post vunionem, adem-
 Epist. 2, ad Successum.
 pta iam in duo divisione, vnam Verbi In-
 carnati naturam esse asserit. Quod Eury-
 ches arripiens, non duas, sed vnam tan-
 tum in Christo post vunionem Naturam
 dici debere, contendit. Epiphanius, ad

Psalmi dictum; Deus meus, quare me dereliquisti, ab Arianis obiectum, respondeat; non ex persona Deitatis haec dici, sed ex persona humanitatis, sicut Amphilius Iconij episcopus antea in sermone de dicto Christi: Pater maior me est, scripsit, εκ τοις συρρεσ απεν, και ειν των πατων της ιερουτρο. Hinc duas in Christo personas Nestorius postea extruxit, quem refutans Cyrilus, vere & propriè inquit: λόγος factus est Homo, non assumpsit Hominem, ut Nestorius sensit. Atque tota antiquitas superior sic locuta erat. Filius Dei assumpsit Hominem, univit Hominem Deo; Voces humiles tribuerat homini, sublimes λόγως &c.

Athanas.

Tom. I. in

Expos. Fi-

des.

Hæ ἀκυρωτία, ut in patribus, quos recte credidisse scimus, pietati eorum & meritis erga ecclesiam à nobis iuste condonantur, & interpretatione commoda leniuntur: ita in nostræ etiam ætatis scriptorum lectione, quos recte & pie sensisse constat, candorem in iudicando, & improprijs quibusdam ac minus circumspecte dictis commode explicandis, adhibeamus, & λεγομαχίας, ex quibus φίλοι, εργα, βλασφημίας, ταύταις παρέχομ

eḡs, καὶ παραδιάγεται, inuidiam, lites, maledicta, strispitiones malas & inanes ac inutiles disputationum conflistationes existere Paulus præmonuit, studiose vite-

Kursus alij timentes ne Apollinaris & Eutychetis dogma incurrat, nolunt dicere Deum passum & mortuum, cum vna eius credant esse personam, & hunc eundemque & Deum fateantur & hominem. Si ergo unus est, sicuti et est, cur eū formidas dicere passum, quē non formidas credere vnum? nec audes dicere alterum, secundum Nestorij impitum sensum? ecce sunt timores inanissimi, & solicitudines vanæ, quæ fecerunt orthodoxos hæreticos sibi nomina impingere, dum vocem deponi palpatur, quod expressius corde clamatur. Qui enim nolunt duas ore fareri naturas, quas fidei expositione defendunt, Eutychianistæ reputantur, cum non sint. Item, qui duas vias Christi naturas publicè profitentur, Nestoriani putantur esse, cum non sint. Et videoas eos luctuosis quibusdam, & omni lamentatione dignis insultationibus, hæreticorum nomine se inuicem accusare. Tu, inquit, Eutychianus es, & tu Nestoria-

I, nus

nus es, Apostolicæ sententiæ in totum
obliti, dicentis: Videte, ne cùm inuicem
accusatis, ab inuicem consumamini.
Rogo uos, cum sensu incolumes suis,
cur vocibus insanitis? cur peruerso vocis
timore erratis, qui in recta fidei stabilitate
mentis professione consentitis?

Alterum genus *κοινωνίας*, ex hypothesi
duarum in Christo naturarum unio-
ne emergentis, est communio officij, me-
riti, omniumq; operum, & beneficiorum
Christi Mediatoris, quæ toti personæ
Christi, non secundum alterutram tan-
tum naturam, vt in priore genere idiomata
seu proprietates naturarum, sed secun-
dum vtramq; naturam competunt &
conueniunt: Ideoq; personæ Christi iux-
ta vtramq; naturam verè & realiter tribu-
untur & communicantur vt in sequen-
tibus sententijs, Tit. 2. Saluator noster Ies-
sus Christus tradidit semetipsum pro no-
bis, vt redimeret nos ab omni peccato.
Gal. 3. Christus redemit nos. Ebr. 1.
Christus mediator noui testamenti. Ebr.
9. Ingressus est semel in sancta, æternam
redemptionem inueniens. Psal. 110. Tu
es sacerdos in æternum. Ioh. 10. Ego sun-
pastor bonus, qui animam meam pone

pro quibus & do eis vitam æternam,
Matth. 10. Filius hominis dedit animam
suam precium redemptionis pro tota
multitudine generis humani.

Hæc officia & beneficia Christi re-
demptoris, mediatoris, sacerdotis, Regis,
doctoris, capitis, custodis ac defensoris
ecclesiæ, resuscitatoris mortuorum, iudi-
cis, & uitæ ac salutis æternæ datoris, toti
personæ Christi, non secundum unam
tantum eius naturam, siue diuinam siue
humanam, sed secundum utramq; verè
& realiter tribuuntur & communican-
tur.

Ideò enim Filius D[omi]n[u]s propter nos
homines & propter nostram salutem de-
scendit de cœlis, & incarnatus ac homo
factus est, ut homines in peccatum &
mortem lapsos redimeret ac saluaret.
Cùm enim ordo iusticiæ diuinæ im-
mutabilis esset, ut homo, qui peccauerat,
poenam lege Dei æterna sancitam subiret,
& iuxta latam in paradiſo iudicij diuini
sententiâ, morte moreretur; nec vero suffi-
neri moles iræ Dei & poenarum ac mortis
æternæ; nec æquivalens λύτρον pro pec-
catis iusticiæ D[omi]n[u]s debitum; nec meritum
nouæ iusticiæ et uitæ sufficiens persolui à
natura

natura humana , multò minus abolita
morte restituī iustitia & vita æterna pos-
set : mirando misericordiæ & iustitiae di-
uinæ temperamento arcanum hoc con-
siliū Trinitas decreuit , vt Filius D^si
homo et victima fieret , vt quod opus
erat ad hominum restitutionem , si hu-
mana non posset natura ; ficeret diuina ;
& si diuinæ minimè conueniret , exhibe-
ret humana ; & non aliis atq; alius , sed
idem ipse esset , qui vtrumq; perfectè ex-
istens , per humanam solueret (mortem)
quod illa debebat ; & per diuinam posset
(vincere mortem & reddere vitam) quod
expediebat , (Vt Anshelmi verbis vramut)
atq; ita per & cum assumpta humanā na-
turā , omnia , quæ ad expiationem pecca-
torum , & restitutionem iustitiae ac vite
æternæ pertinent , conficeret & perageret ,
vt placata per mortem filij D^si iustissima
ira D^si aduersus peccatum , homines ab
æterno interitu vindicatos & à peccato
& morte liberatos , Deo reconciliaret , &
noua iustitia , vita , & salute æterna dona-
ret . Ioan . 3. Misit D^sv s filium suum
vnigenitum in mundum , vt saluetur
mundus per eum . Galat . 4. 3. Misit Deuī
filium suum natum ex muliere , vt eos qui

sub lege erant, redimeret: ut nos a male-
dictione legis liberaret. Rom. 5. Cum
inimici essemus, reconciliati sumus Deo
PER MORTEM FILII HIVS. Non po-
terat autem diuina Filij D[omi]ni natura, cum
sit immortalis, mortem pro nobis iubire.
ideo hominem fieri oportuit, ut in natu-
ra humana personaliter suæ diuinitati
vnita crucifigi & mori, & per mortem
destruere eum, qui mortis habebat Imper-
tium, & morti suæ hoc preium & digni-
tatem addere posset, vt non solum suffi-
ciens λυτρόν pro peccatis debitum, sed et-
iam nouæ iusticiæ & vitæ æternæ creden-
tibus applicandæ meritum sufficiens &
plenitudo esset.

Ita in his officijs & operibus ac benefi-
cijs Christi, ad nostram redemptionem
& salutem, non tantum promerendam,
verum etiam efficaciter nobis applican-
dam & conseruandam pertinentibus,
vtraq[ue] natura in Christo, quod cuiusq[ue]
proprium est, cum alterius communione
operator: & vtriusq[ue] naturæ actiones
differentes, ad vnum commune ιατρι-
κεσμα redēptionis, iustificationis &
salutis nostræ vniuersæ efficiendum, con-
ueniunt & concurrunt.

Sic

Sic in miraculis edendis, Christus vtriusq; naturæ actiones, ad vnum commune effectum seu opus resuscitationis filiae viduæ vel Lazari, vel mundationis leprosi producendum coniungit. Humanæ enim naturæ actiones sunt contactu feretri adolescentis Naimici & pronuntiatio vocis, Adolescens tibi dico Iungs Lazare veni foras. Diuinæ vero naturæ propria ~~cre~~ p^{re}dicta est vitam restituere mortuis, visum cæcis, hydrope, lepra, alio morbo humana ope incurabili ægris infinitatem. & tamen ad vnius communis operis seu miraculi effectuonem ambo concilient & coniunguntur. Etsi enim Deitatis sola sine humanæ naturæ ministerio coöperatione nos a peccato & morte liberare, & vitam reddere mortuis postea certo tamen & mirando consilio, humanam naturam sociam & confortem edit voluit omnium laborum & operum mirandorum, quæ nostræ redēptionis & salutis causa in his terris peregit, & nū ad dexteram patris exaltatus in sacerdotio & regno suo, in perpetua ecclesiæ collectione ac defensione, & beneficiorum suorum applicatione exercet. sicut in h[ab]mine, Anima mentis & rationis compa-

& cor

& corporis organa, vt manus ac digiti inscribendo; pulmones, guttus, lingua, palatum, dentes, labia in loquendo, singula quod suum est cum alterius communione agunt, & ad vnum commune effectum seu opus scripturæ aut orationis perficiendum diriguntur & concurrunt. Id opus seu effectum commune, δύνατελεσθαι & συνέργυμα Damascenus nominat, & eruditè distinguit vocabula: ἀλλὸς εἶται συνέργητος, καὶ ἀλλὸς συνέργυπτον, καὶ ἀλλὸς συνέργυμα, καὶ ἀλλὸς συνέργυῶν, συνέργητα μὴ θεῖσι, η̄ δραστικὴ τὸ σταθῆται Φύσεως κίνησι. συνέργυπτον δὲ, η̄ Φύσις εἰς τὸ συνέργητον προστίθεται, συνέργυμα δὲ, τὸ τῆς συνέργυσις αποτέλεσμα. συνέργυῶν ἡ ὁ κεχρημάτων τῇ συνέργυσι, η̄ τοι η̄ ὑπαρξία.

Actio seu operatio est efficax & substantialis naturæ motus. Actuum est natura, ex qua actio (prodit) emanat. Actus seu effectio est actionis absolutio seu effectum. Agens est Persona, quorum autem substantia seu natura vna, horum & actio vna est: & quorum diuersa substantia, differentes etiam sunt actiones.

Cum igitur in Christo (agente) duæ distinctæ naturæ sint: perspicuum est, du-

duas etiam distinctas & differentes naturarum proprias efficacias & actiones esse
etiam si & ἀνηγόνως αλλ' ινεργόντως, non
diuisē sed unitē agunt : & ratione vnius
personæ agentis, & unitis communis dō
πλέονται seu effecti, quod spectant &
producunt; & societatis ac κοινωνίας mo
tuę, arctissimę connexę & unitę sum
Nam ut Synodus Chalcedonensis ex epi
stola Leonis Papæ definiuit, utraq; formis
seu Natura in Christo agit cum commu
nione alterius , quod cuiusq; proprietas
est, verbo operante quod verbi est : & car
ne exequente quod carnis est. Quam Re
gulam in scholis ita explicat Thomas in
tertia Summae, Q. 19. Vbicunque mo
uens & motum habent diuerias formis
seu virtutes operatiuas, ibi oportet quo
sit alia operatio mouentis & alia operatio
propria moti, licet motum participem o
perationem mouentis , & mouens tra
tur operatione moti : & sic virumque
agit cum communione alterius. S.
igitur in Christo humana natura ha
bet propriam formam & virtutem, po
quani operatur & similiter diuina. Un
& humana natura habet propriam op
erationem.

rationem, distinctam ab operatione diuina, & ex conuerso & tamen diuina natura vtitur operatione naturae humanae, sicut operatione sui instrumenti: & similiter humana natura participat operationem diuinæ naturæ: sicut instrumentum participat operationem principalis agentis. Et hoc est quod dicit Leo Papa in epistola ad Flauianum. Agit utraq; forma, scilicet tam natura diuina quam humana in Christo, cum alterius communione, quod proprium est: verbo scilicet operante quod verbi est: & carne exequente quod carnis est.

Cyrillus totum hoc genus communicationis, κοινωνίας & κοινωνίου appellat. Dionysius, D EIVIRILEM actionem, Γεαρδικήν ἀνέγγασ, nominat, in fine epist. 4. ad Caium, quod Ambrosius interpres, inusitatam ex diuinitate & humanitate permixtam operationem, sa-
tis incommodè vertit. Cum eo potissimum Γεαρδική dicatur, quod unius per-
sonæ, videlicet Dei virtu seu hominis facti, ac ut in
actiones sint diuinæ & humanæ. ac ut in
Gladio ignito duæ diuersæ actiones cer-
nuntur, incidere & urere: quarum illa gla-
dij, hæc ignis propria est; tamenq; arctif-

Damasio.
cap. 3. li. 19.

K simo

simo nexu inter se copulatae & unitæ co-
 harent, & unum commune ~~convenit~~ locum
 vrendo pariter & incidendo producunt:
 Sic in persona Christi Redemptoris dini-
 nae actiones per humanam naturam vel-
 ut organum exerecentur: Humanæ vero
 fæti carnis propriæ actiones diuinitatis
 virtutem participant, vt sint salutares, &
 ambae ad unum opus nostræ redemptio-
 nis & salutis consciendum & tuendum
 diriguntur. Verba Dionysij Teogeniœ
 yērō sunt: ὁ Ἰησὸς ἀληθῶς αὐθοντή-
 γενόντως, καὶ τὸ λοιπὸν & καὶ Ἰησὸν τὸ θεῖον
 οὐρανούς, & τὸ αὐθόπιτρα καὶ αὐθοντή-
 ἄντα αὐθορθέοντό τε Ἰησὸν οὐρανούς.
 Ιεροδρυνὸν ἐρέγγασι ιμίν πεπλατευόμενος.
 Iesus verè homo factus est, & deinceps
 nec diuina secundum Deum seu diuina
 (tantummodo, quia non nudus Deus,
 sed Deus simul & homo est in natura
 humana & per eam diuina agens) opera-
 tur: neq; humana secundum hominam
 seu humanæ (quia non nudus homo est)
 operatur. sed Deiviri seu Hominis
 facti, Notam quandam Dei virilam
 ACTIONEM (inter nos exercuit) nobis
 administravit.

Sed

Sed relictis appellationibus, principalem huius generis quæstionem, olim à scholaisticis & in nostræ ætatis infelicibus controversijs, uno afferente Christum secundum diuinam tantum naturam esse iustitiam nostram, seu sola essentiali D e s iusticia nos iustificari: & altero contrâ contendente, Christum secundum humanam solummodo naturam Mediato rem nostrum esse, & iustitiam ac salutem nobis præbere, agitatam, breuiter expone mus.

Fundamentum autem totius disputa-
tionis est **D E F I N I T I O M E D I A T O R I S**, Vt .n. das
qui est persona inter Deum irascentem extrema in
peccato, & Genus humanum reuni pec- medio con-
cati & iræ D e i constituta, vt pro homi- iungantur,
nibus lapsis intercedat, & sua deprecatio sic officium
ne, obedientia, Sacrificio ac morte iusti- mediatoris
tiæ D e i satis faciat, & Deum nobis placa- est, & risque
tum & propicum reddat, & expiato extremitate
peccato & victa morte, nouam iustitiam sanctum,
ac vitam nobis promereatur, applicet & partes dissi-
seruet, & inuocantium gemitus & preces ponere &
exaudiat: & resuscitatis ex morte vitam reconciliare.
& gloriam æternam donet.

Hæc officia mediatoris propria cum
nec humanæ tantum naturæ, cuius inter-

cessio & mors sola, iram Dei placare & diabolum ac mortem vincere, & iustitiam & vitam restituere non poterat: nec nudæ Deitati, quæ plane ~~anathēs~~ ~~ag~~ ~~gā~~
~~gātō~~ est, conueniant: perspicuum est. ideo uisionem duarum in Christo naturarum mirando consilio factam, & Filium Dei Mediatorem constitutum, & ad homines missum esse, vt in redimendis & liberandis a peccato & morte Hominibus, & restituenda illis iustitia & Uita æterna, utriusq; naturæ diuinæ & humanæ actiones coniungeretur. Quod si per humanam tantum naturam hæc propria mediatoris opera expediri & confici potuissent, frustra filius Deus propter nos homines & propter nostram salutem de cœlis descendisset & homo factus esset.

Mirandum decretum de redemptione generis humani hoc modo facienda, ut filius mediator & victimæ fieret; in arcane diuinitatis consilio sancitum, & statim post lapsum, Filius Dei ad instaurandam ecclesiam & immediate patescendam Euangeli promissionem de Semine mulieris contrituro Caput serpentis non tantum merito in passione sed etiam efficacia potenter vincente regnum diaboli ac mor-

ac mortis, & restituente iustitiam & vitam æternam) & in colloquijs cum partibus subinde repetendam & illustrandam, missus est. Ioh. 1. Filius qui est in sinu patris, ipse enarravit nobis. Ioh. 8. Sum λόγος. Verbum, quod ab initio loquor vobiscum; quod à principio mundi Euangelion ex arcano sinu patris prolatum patefeci. Sic enim Nonnus pericoppen illam, τίς δέχεται ὅπις καὶ λαλῶ ὑμῖν interpretatur. Τίς σὺ πέλεις καὶ γριεῖς ἀνίσχειν, ὅπις πέρι ὑμῖν Εὖ δέχεται ὁ αὐτός οὐκέτι θυμαδικάζειν, Καὶ λαλέσιν, ἀλλ' εἰτε έπήτου μόνον, ὃσ πειθεθηται άνδρεμένης τοσέπης &c.

Deinde ut in arcano Trinitatis consilio, filius Deus supplex pro genere humano in peccatum & mortem lapsus apud æternum patrem deprecatus est: ita non tantum assumptâ humanâ naturâ, sed inde ab initio semper intercedit, pro ecclesia, eamq; propter suam deprecationem & λύτρον, post assumptionem humanæ naturæ obedientia & morte sua persolvendum, colligi, recipi, seruari & defendi orat. Psalm. 2. Filius meus es tu, postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tu-

K. am

am. Ebr. 7. Christus æternum habens sacerdotium perfecte saluare potest, qui per ipsum accedunt ad D̄VM, semper vivens, ut interpellat pro eis. Lex enim homines constituit sacerdotes; Verbum autem iurisurandi, FILIVM in æternum perfecit.

Quod igitur ante agonem Ioan. 17.
Christus precatur, ego pro eis oro, & sanctifico meipsum, ut & ipsi sint sanctificati in veritate: Idem omnibus temporibus, nondum etiam induita carne Filius Dei vero & proprio mediatoris & sacerdotis officio apud æternum patrem fungens, precatus est. cumque diserte dicat, non hominem nudum, ut in lege, sed Filium æternum sacerdotem constitutum esse; perspicuum est, Christum non modo secundum humanam sed diuinam quoq; Filij D̄i naturam, mediatoris officium ab initio ecclesie administrasse.

Etsi autem supplicium & lacerationes corporis, & angores ac cruciatus animi, deniq; mortem ipsam, qua iustitia D̄i satisfactum, peccatum expiatum, mors victa & D̄s placatus nobis ac propitiatus redditus est; in sola humana natura

natura Christus sustinuit, & sacrificium corporis sui, quo in perpetuum consummati sumus, in ara crucis obtulit: tamen non prorsus nullæ, sed præcipue in eo sacrificio etiam diuinæ naturæ actiones fuerunt, quæ personaliter animæ & corpori Christi patientis unita adfuit, & voluit hanc obedientiam, & proprium corpus suum in mortem & sacrificium Deo patri æterno obtulit; eiq; hanc vim & dignitatem ac precium tribuit, ut sufficiens λόγον pro peccatis, & meritum nouæ iusticiæ esset: vicit etiam mortem in suo corpore, & applicat nobis hæc sua merita & restituit iustitiam & vitam æternam. Hæc à diuina natura principaliter, in sacrificio summi sacerdotis & mediatoris proficiunt, manifestum est. Id Epiphanius libro 3. Tom 2. καὶ Διμοιχίτων docens. Iusticiam & salutem æternam per utriusq; in Christo naturæ diuinæ & humanae cooperationem nobis partam & confectam esse, his verbis explicat. παθώντες δὲ τὴς οὐρανὸς, καὶ μεριδέοντες τὴς Γεόπτης. Διπὸ τῆς ἡγεμονίας παράστασις ἐν τῷ ναῷ Η. οὐρανῷ καὶ ἡ Γεόπης καὶ ἡ ἀνθρώπιος, ὅπερ οὐκ εἴπει τῷ συντρόφῳ ἐπειδὴ μηδὲ γένεσις

συρπὶ, ἀπαθῆς δὲ ἐμεινε τεότητι, ἵνα τὰ
δικαιώσων μηκέτι οὐ σαρπὶ μόνον ἔχωμεν,
ἀλλ' οὐ τῇ τεότητι, Εἰ ἵνα οὐ τῇ τεότητι οὐ
τῇ σαρπὶ κατ' ἀμφοῦ ημῖν σωτηρίᾳ γένηται.
Ἄγδι φιλόσημον ἄνθρωπον ὁ χριστός, αλλὰ
λόγον οὐ πάσαν οὐ σαρπὸν, οὐδὲ τεότητα
ἄνθρωπον οὐ γεννῶν οὐ ἀληθεία, ημῶν μὴ
ἔχοντων τὰ ἐλπίδα εἰς ἄνθρωπον, αλλὰ
οὐ τῇ τεότητι, οὐδὲ ημῶν μὴ ἔχοντων τεότητα
σωτηρίαν ημῶν μὴ πεποιηκόταν.

Patiēte autem carne, non diuitia vel sepa-
rata erat diuinitas ab vnione personali in
passione, sed vna erant diuinitas, & hu-
manitas, cum in cruce passus est Christus
carne. Deitas verò impassibilis manebat,

vt Iustificationem Non in carne
& Carnem secundum vitramq; naturam
SALV: Nobis continget. Non enim
ponimus fiduciam nostram in homi-
nem, sed in Deitatem; nec habemus De-
um (in sua natura) patientem, sed impas-
sibilem, qui tamen extra passionem, salu-
tem nostram non consecit.

Præcipuum autem & maximè propri-
um, post redempcionem, Mediatoris
officium,

officium, in **O**rando seu intercedendo & Deprecando pro alijs consistit, quod inuocantium gemitus & vota exaudit; corda singulorum introspicit; hypocris suā vera inuocatione discernit; & preces nostras in arcanum consilium æterni patris perfert: Hæc propria naturæ diuinæ & omnipotentis esse manifestum est. Sic ut tota scriptura Prophetica Messiam inuocare iubet. Psal. 45. 72. Ierem. 23. Esa. u. & ipse nos ad se inuitat, Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & Ego reficiam vos, non modo intercedam pro vobis apud patrem, sed ipse etiam merito & efficacia propria vobis opem feram, & consolationem, læticiam, & salutem vobis impertiam.

Quod autem Pauli dictum obijciunt, Vnus Mediator Dei & hominum, Homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum precium redemptionis pro omnibus; perspicuum est non diuinam naturam, sed alios homines, qui non sunt redemptores & propiciatores excludi. Antecellet enim **C**HRISTVS Mediator Moysi, Ieremiæ, & cæteris qui apud Deum pro suo populo & alijs intercedunt & deprecantur, quatuor modis, primum, quia

K 5 Vnus

*Deut. 5. 10
Ierem. 18.*

Vnus hic Homo Iesus Christus natura
medius inter Deum & homines , vpoic
D e u s & homo , atq; ita naturā partici-
pans de vtroq; extremo , perfectissimus
mediator est. de quo insignem Cyrilli sen-
tentiam studiosi meminerint : Nexus re-
conciliationis & Vnionis nostræ cum
D e o patre Christus est, nobis quidem vi-
Homo ; D e o autem patri , vt D e u s ,
naturaliter vnitus. Non enim erat possibi-
le , mortalem & corruptibilem hominis
naturam , ad Immortalitatem concende-
re , nisi natura immortalis et incorruptibi-
lis ad ea descendisset , ac communione parti-
cipationeq; sui à mortalitatis nostræ ter-
minis ad suum bohum reformatos eleua-
ret , consummati igitur sumus , reductiq;
ad Vnionem D e i patris mediatione Sal-
uatoris , hoc est Christi.

Talis & tantus homo , qui etiam vere
& naturā Deus sit , nullus mediator p̄-
ter hunc vnum & solum ullus extitit .

Deinde solus hic mediator sufficiens
λύτεσθι pro nostris peccatis Deo perfoluit ,
& absolutam remissionem peccatorum ,
& reconciliationem cum Deo , homini-
bus promeruit , & ex Diaboli tyrannide
& morte æterna redemptis ac liberatis ,
iusticiam

iustitiam & vitam æternam restituit &
donat. Tertio, Solus, non ullo alterius
hominis adminiculo, propria potentia &
efficacia, officium mediatoris ac redemi-
ptoris suum executus est. Esa. 63. Torcu-
lar calcavi solus, & non est vir mecum,
circumspexi, & non erat auxiliator. Po-
stremo hic mediator pro omnibus, præte-
ritis, præsentibus & futuris vñquam ho-
minibus intercessit & precium redempti-
onis persoluit. propter has potissimum
causas, Homo Christus, Mediator Dⁿⁱ
& hominum vnicus, à Paulo nominatur.

Negant etiam scholastici, Christum *Thomas 5o.*
secundum diuinam naturam pro Nobis *q. 25. Art. 2.*
orasse & deprecatum esse. Quia nemo sit
deprecator apud se ipsum, Nemo Media-
tor sui ipsius. Atqui perspicuis testimo-
nijs docuimus, filium Dⁿⁱ inde usq; ab
initio ecclesiæ, pro ea deprecari, & pro-
pter hanc intercessionem ecclesiam rece-
ptam esse & fernari ac viuificari. Ideo Sa-
cerdos in æternum nominatur semper
vuiens, vt interpellet pro eis. Et si igitur
vbi vniqa est persona, nemo sui ipsius de-
precator esse potest: tamen inter diuini-
tatem mittentem, & personam filij mis-
tami ad officium mediatoris discerni
oportet,

oporteret, hęc missa persona obedit patri in officio mediatoris, ad quod missa est, oral pro ecclesia, & offert suum ipsius corpus sacrificium in odorem stravitatis. D. H.

Aliqui vero, nostra ætate, vt Inuocationem & cultum sanctorum speciosius tuerentur, disputatione Christum nunc post passionem, non vt Mediatorem & Intercessorem, sed tantum vt D e v u m datorem bonorum inuocari debere. Quia vt passio, sic intercessio tantum ad tempus humilitatis & obedientiae pertineat, & Christus ipse dicat: Non dico vobis, quod Ego rogaturus sim patrem pro vobis. Sed testimonia Rom. 8. & Ebr. 7. manifesta sunt, quod Christus nunc etiam sedens ad dexteram patris intercedat pro nobis. & antea docuimus Intercessioni officium etiam ante assumptam humanam naturā semper à filio D e s i administratum esse, neq; nunc illud desisse. Nec apud Ioannem negat Christus se rogare patrem, sicut paulo ante Ioan. 14. dixit, Ego rogarō Patrem, & alium Paracletum dabit vobis. sed affirmat, se non solum oraturum, sed ipsis quoq; ius orandi & accendendi ad D e v u m datum esse: Vos vna mecum, me præcunte, & patrem placante regabitis.

Terti-

Tertium genus *κοινωνίας*, ex Hyposta-
tico duarum in Christo naturarum vni-
one emanantis, est **C O M M U N I C A T I O**
G L O R I A E & M A I S T R A T I S D I V I N A E
in assumptam à filio D e i humanam natu-
ram, præter & supra communes & natu-
rales illius conditiones, non titulotenus
seu appellationis honore tantum, sed ve-
re & re ipsa collatae & effusæ. Differt au-
tem hoc genus à proximo, quod com-
munia esse utriusque naturæ officia &
δοτοπλεσματα seu opera & beneficia
Christi mediatoris demonstrat: & à pri-
mo, in quo unius naturæ propria, non
alteri naturæ in abstracto, sed P E R S O-
N A in concreto realiter communicantur.
etq; in primo genere, reciproca & mutua
communicatio seu *αντιδοσις*, qua tam
Deo quæ sunt hominis, quam homini
quæ D e i sunt, tribuuntur. Quemadmo-
dum enim D e u s passus, ac crucifixus,
Filius D e i mortuus: sic Homo iste om-
nipotens, creator cœli & terræ, immorta-
lis: Filius Mariæ, filius D e i viuentis ve-
re prædicatur. At in hoc tertio genere non
personæ solum, sed Naturæ Christi Hu-
manæ, à diuina, cui unita est, realiter com-
municata;

municata, explicantur. nec mutua & terilla
proca est communicatio. Diuinæ omnia ad
Christi naturæ immutabili & perfectæ, diu
quæ in meliorem statum reduci non possi
t est, nihil ex vnione dignitatis accessit a
decessit. Humana vero natura præter
ultra naturales suas proprietates & con
ditiones, per Hypostaticam cum filio H
D u i v n i o n e m & elevationem ad de
iam patris, diuina maiestate & Glori
donata & supra omne nomen quod na
minatur, exaltata est. Damasc lib. 3. Cap.
7. Diuina natura propriam Gloriam se
Maiestatem carni μεταδιδωσι, tradit: ipso
vero manet ἀμέτοχος, immunis & co
pers passionum carnis. Nam si Sol lumen
& coenum, & quodcunq; attingit, illum
nat, nec tamen ab illis vicissim feedatur:
quanto magis Solis factor & Dominus.

Augustinus contra Felician. cap. ro. In
iuria sui corporis affectam non facit
Deitatem, sicut MAIESTATE Dominus
tis glorificatam nouimus carnem.

Eusebius lib. 4. demonstr. Euangelica
cap. 13. Λόγος Verbum, ex se ipso fu
communicabat Homini: non autem vi
cissim ea, quæ carnis sunt, in se recipiebat
Cap. 14. Verbum Hominem ornatum vita
illæ

illa æterna, quani intra se ipsum habet,
adsumens illum ad communionem in
diuinitate & beatitudine. Basilius. Sicut
ignis ferri proprietates non transsumit &c.
humana domini caro ipsa facta est par-
ticeps Deitatis, non suam propriam tradi-
dit Deitati imbecillitatem.

Hæ & similes sententiæ perspicuum discri-
men communicationis inter diuinā & hu-
manam in Christo naturā, & differentiam
inter primi & tertij generis *nominia* de-
monstrant. Estq; fere eadem in hoc gene-
re vis & significatio verborum, commu-
nicare, tribuere, dare, conferre, donare, lar-
giri &c. quibus indifferenter ferè scriptu-
ra & patres ecclesiastici vtuntur. Matth.
2. Data est mihi omnis potestas in cœlo
& terra. Daniel. 7. Antiquus dierum dedit
Filio hominis potestatem & honorem, &
regnū: Philip. 2. Donauit ei nomen, su-
per omne nomen, ut in nomine Iesu om-
ne genu fleatur. Matth. 11. Omnia mihi
tradita sunt à patre meo. Eph. 1. colloca-
vit Christum ad dexteram suam in coele-
stibus super omne nomen, quod nomina-
tur &c. & Dedit eum caput super omnia
ecclesiæ. Apocal. 5. Dignus est Agnus, qui
occisus est, Accipere potentiam & diuitias
hono-

honorem, gloriam &c. Io. 5. Sicut pater habet viam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso, & potestatē dedit ei, iudicium facere, quia Filius Hominis est. Ioan. 3. Non ad mensuram dat Deum Spiritum. Pater diligit Filium, & omnino dedit in manus eius. 1. Cor. 15. Psalm. 1. Ebr. 2. Eph. 1. Omnia subiecta sub pedibus eius. Iohann. 17. Glorifica me pater, gloria, quam habui apud te, antequam mundus fieret. Ebr. 1. 8. Conedit ad dexteram MAIESTATIS in excelsis.

Sunt autem GLORIA & MAIESTAS, quae à magnitudine nominis habent vocabula Relativa, Quorum Fundamentum est Magna & excellens Dignitas & præstantia Personæ, officij, potentie, regni, sacerdotij, capitis, deniq; virtutum omnianarum & bonorum ac Donorum dei unorum, quibus Humana Christi natura, à divina, cui unita est, super omnes Angelos & homines ornata, & ad dexteram Dei patris omnipotentis exaltata est. Terminus est Agnatio & celebratio totius ecclesiae, tribuens Christo summam hanc eminentiam & Maiestatem, quae in tribus potissimum gradibus, Gratia unionis, Gloria officij, & Donorum habi-

habitualium immensitate, consistit, ut
postea in enarratione articuli de Sessione
ad Dexteram Dei patris omnipotentis
copiosius euoluemus.

Nunc ad articulum Symboli, Pas-
sus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortu-
us & sepultus reuertor, in quo, ad verum
timorem Domini, fidem, & gratiarum acti-
onem, in pectoribus accendendam, mul-
to utilius & rectius est, fines & fructus
Passionis filij Dei, & causas mirandi con-
silio Redemptionis initio recitatas consi-
derare, quam de modo communionis
duarum naturarum & Idiomatum in
persona & operibus, & passione ac mor-
te Christi, quem penitus in hac vita per-
spicere nequimus, curiosè contendere.

Tota enim hæc consideratio consilio
diuini de Redemptione generis humani,
hoc modo perficienda, ut Filium Domini
Dominum nostrum Iesum Christum pro
nobis victimam fieri, pati, crucifigi, & mor-
ti oporteret, ut admiranda hac Filij Dei
obedientia & subiectione, æquivalens
precium Iustitiae diuinæ pro peccatis toti-
us generis humani persolueretur, & pater
placatus hoc sacrificio reciperet confugi-
entes ad ipsum, fiducia huius mediatoris

& victimæ, & liberatis à peccato & morte æterna. Gratis propter Filij meritum & intercessionem, donaret Iustitiam & vitam æternā, tota inquam hæc consideratio ad hunc finem referenda est, vt admirandi huius consilij & beneficij consideratione, & horrendam iram Dei aduersus nostra peccata, & immensam amplitudinem Misericordiæ erga nos per Filium redemptos agnoscamus & verum timorem Dei, fidem & Gratiarum actionem in nostris pectoribus exuscitemus.

Tantus atitem pectorum nostrorum stupor, durities, *ἀναλυντία* & malicia est, vt totam rerum naturam in passione Christi vnâ gemere & commoueri, Solem tenebris obduci, Terram tremore quassari, scopulos dchiscere, vellum templi scindi, sepulchra patefieri cernentes, tamen corda nostra glacie frigidiora & illis ipsis scopolis duriora, passionis & mortis filij Dei consideratione leuiter & frigidè, nec ita seriò, vt debebant, afficiantur. Tu igitur, o Iesu Christe, filij D^{ei} viui, pro nobis crucifice & resuscitate, accende mentes nostras, vt seriò ad Deum conuertamur, nec contemnamus iram eius & tuam mortem, sed verè ad agni-

agitationem tuorum beneficiorum , &
mirandi consilij de tua morte flectamur.
Longe superat hoc consilium vniuersalium
sapientiam omnium creaturarum.
Ideo tu nos fili Domini Iesu Christe erudias,
qui dixisti Nemo nouit patrem nisi filius,
& cui filius reuelauerit.

Cum autem Filius Dei λόγος per
verbi a se patescendi , & nobis præscripta
lectionem & meditationem efficax sit , et
spirituales motus veræ poenitentiae, fiduciæ,
consolationis, & Gratiarum actionis ac-
cendat : primam Historiam passionis
Christi ab Euangelistis descriptam , dili-
genter & attente legamus : eamq; cum
Prophetarum vaticinijs. Esa. 53. 63. Psal.
22. Dan. 9. Gen. 3. Num. 21. conferamus.
Quam meditationem passionis Christi
Pædagogicam visitate nominamus.

Deinde causas mirandi consilij divinis
impulsibus & finales supra in proemio
mediocriter euolutas ; magnitudinem
peccati, & iræ Domini aduersus peccata ge-
neris humani: immensum amorem &
Misericordiam Dei erga genus huma-
num, temperatam Iustitiæ Dei severæ,
Humilitatem & obedientiam Filij; &
Beneficia redemptionis Filij Dei immen-

L. 2 fa:piè

sa: piē & attente cogitemus. Et tantum
rerum consideratione, Timorem Dei, &
Fidem ac Gratitudinem, totius vitæ obe-
dientia præstandam, in nostris pectori-
bus inflammemus. Hæc spiritualis, et vera
ac salutaris passionis Christi Meditatio,
præcipue & studiosissimè à pijs expeten-
da & suscipienda est.

Postremo Exemplum Patientiæ &
Humilitatis ac Mansuetudinis Christi in
passione imitemur, & conformes imagi-
nis Filij Dei in cruce siamus, vt cum eo
Glorificemur. 1. Pet. 2. Ebr. 12. Philipp.
2. Rom. 8.

Lactantius, Christum ideo missum
fuisse scribit, vt esset Doctor, non verbis
tantum, sed exemplo etiam Iustitiae, hu-
militatis, mansuetudinis, & cæterarum
virtutum perfecto, nos ad virtutem inui-
tans. Ideo passum esse, vt patientiæ exem-
plum nobis præberet. Hunc non esse
principalem missionis & Passionis Filij
Dei finem sciamus, vt sit Doctor & ex-
emplum, sed multò magis, vt sit Redem-
ptor & Saluator generis humani, pro
quo semetipsum victimam & ^{λύτρον}
æterno patri in ara C R V C I obtulit. Tit.
2. Magnus Deus & saluator noster Iesus
Chri-

Christus, tradidit semetipsum pro nobis,
ut redimeret nos ab omni peccato. 1. Pet. 1.
Non auro vel argento redempti estis, sed
precioso sanguine Agni immaculati Chri-
sti. Ioh. 3. Sic D^{eu}s dilexit mundum &c.

Hic tota doctrina de Passione Christi
Quid sit? Quæ illius partes? Quæ cauæ
impulsuæ & Finales? Qui effectus, & ex
singulis Historiæ passionis actibus præci-
pui Doctrinæ loci, & imagines pingen-
tes statum ecclesiæ, quam D^{eu}s vult sie-
ri conformem Imaginis filij sui: mediocri
diligentia in 26. capite Matthæi à nobis
explicatae repetantur.

CRUCIFIXVS.

Præcipuus autem actus & maximè
conspicuus & salutatis velut nucleus
Passionis, & totius redemptionis ac salu-
tis nostræ basis & fundamentum est
C R V X C H R I S T I, seu **C H R I S T V A**
C R U C I F I X V S, semetipsum æterno pa-
tri victimam & λύτρον redemptionis pro
genere humano in ara crucis offerens, &
intercedens ac orans pro tota ecclesia, &
suo sacrificio & intercessione remissio-
nem peccatorum, reconciliationem cum

L₃D^{eu}s

Dominus, iusticiam & salutem aeternam ecclesiae promovens. Ioh. 3. Sicut Moses exaltavit serpente in deserto : ita exaltari in cruce oportuit Filium hominis, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. 1. Cor. 3. Fundamentum (ecclesiæ & salutis nostræ) aliud nemo ponere potest, praeter id quod possum est, quod est Iesvs Christvs. (pro nobis crucifixus. 1. Cor. 1. Non Paulus pro vobis crucifixus est &c. Sermo crucis (Euangelion de Christo crucifixo) ijs qui pereunt stultitia est, ijs autem qui saluantur, potentia Dei est. Placuit enim Dominus per stultam prædicationem (de Christo crucifixo) saluos facere credentes : postquam & Iudæi signum (miracula) petunt, & Greci sapientiam querunt. Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidam scandalum, Grecis autem stultitiam. Ipfis autem vocatis Iudæis & Grecis, Christum Dei potentiam & Dei sapientiam. Non igitur iudicaui me quidque scire in vobis, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum. Per nullum enim aliud

Lib. 4. c.ap. inquit Damascenus, Mors primi parentis destructa est, primi parentis peccatum solutum, infernus spoliatus, resurrectio donata,

nata, virtus nobis contemnendi præsen-
tia, mortemque ipsam elargita, ad anti-
quam beatitudinem regressio reparata,
portæ paradisi patescunt, natura nostra in
dextris Dei sedens, filij Dei & hæredes fa-
cti, nisi per crucem Domini nostri Iesu
Christi. Per ipsam enim hæc omnia miri-
ficè sunt impleta. Ipsa est scutum, & arma
& trophæum aduersus diabolum. Ipsa si-
gnaculum, ut non tangat nos extermina-
tor. Ipsa iacentium erexit, stantium fir-
mamentum, baculus debilium, pastorum
virga, conuentum manuductio, pro-
ficientium perfectio, animæ salus & cor-
poris, omnium malorum auersio, omni-
um bonorum causa, peccati destructio,
arbor resurrectionis, lignum vitæ æternæ.
Hanc preciosam crucem præfigurauit vi-
ta lignum, quod in paradyso plantatum
est à D . o . Nam posteaquam per lignum
mors, oportebat per lignum donari vi-
tam & resurrectionem.

Itaq; vt in Hymno Fortunatus canit,
Agnus in crucis leuatur Immolandus

flipite,

Crux fidelis inter omnes Arbor vna
nobilis,

Nulla sylua talem profert Fronde, flo-
re, germine,

Dulce lignum , dulces clavos , Dulce
pondus sustinet.

Sola digna tu fuisti Ferre secli præmi-
um,

Atq; portum præparare Nauta mun-
do naufrago

Quem sacer cruor perunxit Fusus ²
gni corpore.

Et Sibyllæ versum recitat Nicephorus:
Ω ξύλον μακάρεισσον, ενώ Ιησος εξετελεσθη.
O lignum felix, in quo D E V S ipse pependit.

Multa autem in veteribus , Crucis
Christi , ab omnibus pijs religiose vene-
randæ & adorandæ encomia mirifica &
singularia extant, quæ non de ligno aut
furca ipsa , cui clavis affixus fuit Domi-
nus, multò minus de Effigie , aut signo
Crucis aliundè expresso, sed de ipso C a v-
cifixo pro nobis Seruatore nostro Iesu
Christo, piè & candide accipienda sunt,
ne in horrendam Idolatriam & cultum
imaginum Crucis, in ecclesia multis secu-
lis postea receptum, & Thomæ Aquina-
tis etiam , qui in Tertia Summæ, Q. 25
Effigiem crucis Christi adoratione latrice
colendam esse scribit , autoritate confir-
matum incidamus.

Tertul-

Tertullianus, Figuram crucis Christi literæ T comparat, quam in frontibus piorum signari Ezechiel cap. 9 iubet. Vnde fortassis consuetudo signandi frontem cruce primum in ecclesiam Christi manauit. Alibi similitudine mali & antennæ crucem pingit, qua Cyprianus etiam vtitur: Vno de stipe surgit,

Et mox in geminos extendit brachia ramos,

Sicut plena graues antennæ carbaſa tendunt,

Vel cum diſunctis iuga ſtant ad aratra iuuenſis.

Varias autem & diſsimiles crucis & furcarum ſeu patibulorum figuræ, apud veteres fuiffe, Seneca etiam oſtendit. Video iſthic cruces, non vnius quidem generis, ſed aliter ab alijs fabricatas. Sunt qui capite in terram conuerso ſupendant. alij per obſcoena ſtipitem agunt, quod οὐδοτὶς ἔσθιεν Græci nominant, ut Lucianus Christum, τὸν ἐν Παλαιών τέσκολοποτθόνον nominat: alij brachia patibulo explicuerunt &c. Hic crucifendi mos Ethniciſ viſitatus fuit, vt latrones & alios nocentes, clavis cruci aut patibulo viuos affigerent, atq; ita lento & immani

L, sup-

supplicio necarent, vt verē Augustinus nominat Immane supplicium crucis, quo clavis ad lignum manibus pedibusq; confixi producta morte necabantur. Non enim crucifigi hoc erat occidi, sed dum viuebatur in cruce, non quia longior vita eligebatur sed quia mors ipsa protendebatur, ne dolor citō finiretur. Huius supplicij, quo Christus Seruator noster ab Ethnico iudice Pilato necatus est, crudelitatem Constantinus magnus postea sustulit.

Iudæi vero non viuos, verū lapidibus anteā obrutos, vel alia ratione imperfectos, blasphemos præcipue & Idolatras, non clavis sed laqueis aut catenis ex cruce suspendebant. & ante vesperam cadavera cruci alligata deponere & sepelire certa lege, Deut. 21. iubebantur. cui hæc ratio additur. Quia maledictus a D^EO est, qui pendet in ligno.

Tantopere enim Deus, blasphemias, homicidia & cætera peccata, æternæ & immortæ iustitiæ suæ aduersantia abominatur, vt non solum interfici eos, verum etiam cadavera illorum, velut abominationib[us] blasphemiarum, homicidij & similiūm scelerum spectra ex conspectu & oculis

lis remoueri & tolli in politia Iudaica vulnerit, ne contagione illorum aër ipse pollueretur, ac ut cæteri hoc ritu à similibus sceleribus maiori diligentia & cura vitandas deterrerentur.

Tale maledictum cum pro nobis Christum, omnia totius generis humani peccata in se deriuantem fieri oportet, (Gal. 3. Christus nos redemit à maledictione legis factus pro nobis maledictum, vt scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno. & 2. Cor. 5. Eum qui non nouit peccatum, pro nobis fecit peccatum, vt nos fieremus Iustitia Domini in ipso) hoc potissimum abominabili genere supplicij Datus interfici filium suum voluit, vt in crucem tolleretur, in qua exaltatus à terra & manibus expassis moriens, altera Iudeos, altera gentes ad se inuitans, attrahens & complectens in seipso ambos coniungeret, & sanguine ex vulneribus suis emanante redemptos & à peccatis purgatos, iustitia & vita æterna donaret.

Præcipue verò in Crucifixionis Christi historia consideratione digna & plenissima consolationis est Vulnerum Christi Recordatio assidua, de quibus D. Augustini verba ex Manuali ipsius descripta, in qui-

in quibus usum & fructum totius doctrinæ de vulneribus & morte Christi transferenda ad veram & salutarem in omnigenere tentationum & dolorum consolationem, grauiissime explicat, & Nobis applicat, recitabo.

Tuta & firma requies est infirmis & peccatoribus in vulneribus Saluatoris. Securus illic habito, patent mihi viscera per vulnera: quicquid ex me mihi decet, usurpo mihi ex visceribus domini mei, quoniam misericordia affluunt, nec defunt foramina per quæ affluant. Per foramina corporis patent mihi arcana cordis, patent magnum pietatis sacramentum, patent viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto. In omnibus aduersitatibus non inueni tam efficax remedium, quam vulnera Christi: in illis dormio securus, & requiesco intrepidus: Christus mortuus est pro nobis. Nihil tam ad mortem amarum, quod morte Christi non sanetur. Tota spes mea est in morte domini mei. Mors eius meritum meum, refugium meum, salus vita & resurrectio mea: meritum meum miseratio Domini. Non sum meriti inops, quam diu ille miserationum dominus

nus non defuerit. Et si misericordiae domini multæ, multis ego sum in meritis. Quanto ille potentior est ad saltandum, tanto ego sum securior. Murmuret iam quantum voluerit insipiens cogitatio mea, dicens, Quis enim es tu, & quanta est gloria illa, quibus' ve meritis illam obtinere speras? & ego fiducialiter respondebo, scio cui credidi, quia in charitate nimia adoptauit me in filium, quia verax est in promissione, potens in exhibitione. Clavi & lancea clamant mihi, quod vere reconciliatus sum Christo, si eum amaueris. Longinus apertuit mihi latus Christi lancea, & ego intraui, & ibi requiesco securus.

Addemus etiam Septem DICTA CHRISTI IN CRUCE, quæ salutaris Doctrinæ & consolationis plenissima ab omnibus Christi nomen profitentibus reuerenter & attente audiri & expendi, & intimis mentium penetralibus inscribi debent.

Prima Vox, propria summi Sacerdotis Precatio est, PATER REMITTE EIS, *Luc. 23.* quia nesciunt, quid faciant. Offerens enim lemet ipsum Christus pontifex Victimam æterno patri in ara crucis, stillans cruento

rem ex toto corpore, per proprium sanguine ingreditur in sanctum sanctorum & apparet in conspectu D[omi]ni pro nobis precatur non solum pro discipulis & auditóribus infirmis ut confirmentur, sed etiam pro hostib[us] & interfectorib[us] suis, & pro toto genere humano, ac nominatim pro omnibus & singulis in eum credituris. Hanc precationem non solum ante agonem Ioh. 17. recitauit, & in cruce repetiuit, sed ab initio recepti generis humani pronunciauit, & stans ad dextram æterni patris ac semper interpellans pro nobis, nunc etiam sonat. In has processos nos quoq[ue] includamus, ac ut æternus pater placatus propter Christi sacrificium nobis quoq[ue] omnia peccata remittamus.

Altera vox, quam Christus Redemptor & saluator noster in cruce sonat, est Absolutio conuersi latronis, H[ab]ITUS MECVM ERIS IN PARADISO. quæ dulcissimam & maximè efficacem & solutarem consolationem & applicationem omnium beneficiorum passionis & mortis Christi continet. Quis enim desperari in cruce latro saluatus est? Singuli igit[ur] huius conuersi latronis pœnitentiam, fidam,

Demas E^g
Gesmas
medio diuis-
na macte-
fiar.

August. in
Psal. 38.

Fidem, invocationem & confessionem
ex alto suggestu de beneficijs Messiae,
tacentibus discipulis concionantem, &
blasphemias impiorum refutante inimi-
temur, & Filium Dei sedentem in regno
suo ad dexteram patris oreinus, ut miseri-
cordia sua erga nos etiam memor sit, &
regnum Iustitiae & salutis aeternae in no-
stris cordibus inchoet, & in omnibus
seruminis ac temptationibus & agone mor-
talis præcipue nos certa fide & spe immor-
talitatis & beatitudinis in paradyso vitæ
aeternæ nobis propositæ, sustenter & con-
firmet.

Tertiò dulcissima Φιλοστρογύλη ma-
trem moestam & anxiam cruci astante in-
fassatur, & Apostolo Iohanni deinceps
fouendam & tuendam commendat. Pre-
temur autem nos quoque ardentibus votis
Filium Dei, ut nos etiam in cruce & ca-
lamitatibus nostris & totam ecclesiam
arumnosam sua suavi voce alloquatur
& consoletur, & Matrem Ecclesiam
Doctoribus præcipue commendatam,
vero amore & studio concordiae & om-
nibus officijs foueamus & tueamur.

Quartum dictum, D E U S D E U S Matth. 27.
MEVS QVARE ME DERELIQVISTIS
tristissi-

tristissimam, & mirabiliter patheticam, & omnium creaturarum captum superau-
tem Querelam Christi luctantis cum ten-
tatione de abiectione continet. Etsi enim
D e u s Filius ὁ ιη̄ώνυμος τὸν ἀφῆνε, natu-
ram Christi humanam, quam semel ad-
sumpsit, nunquam deseruit : tamen ho-
tempore destinato admirandæ humili-
tioni & obedientiæ Christi in Passione
Divina natura paulisper velut Quiescens
& cohibens se, ut victima fieri posset, non
exeruit suam potentiam, nec ita fulsis di-
uina lætitia & beatitudo in Christo, qui
D e o ipso paulisper velut desertus obrue-
tur ingenti mole & Oceano I r a D e
aduersus omnia totius generis humani
peccata, in suos humeros imposita. Hoc
ingens & immensum onus horrendæ tra-
diuinæ in se velut victimam effusæ, quam
non sentiunt alij sancti in supplicijs, expri-
mit Christo has voces, Tristis est anima
mea usq; ad mortem, & Deus Deus me-
us, quare me dereliquisti. Tanta enim
magnitudo dolorum est, vt incident alii
qua momenta, quibus non sentit consi-
lationem. Hanc luctam cum tentatione
de abiectione pro nobis sustinuit Chri-
stus, vt nos eam fiducia Christi pro nobis
tentari

Psalm. 8.

tentati per omnia, vincere possemus. sicut
David Psa. 31. similem tentationem, quam
plurimi sancti omnibus temporibus ex-
periuntur, describit: Ego dixi in anxietate
mea: proiectus sum a facie oculorum
tuorum. Tu tamen exaudiisti vocem ora-
tionis meae, dum clamarem ad te. Dilige-
te Dominum omnes sancti eius: creden-
tes custodit Dominus.

Psal. 13. Usquequo Domine obliuisceris
mei in perpetuum, usquequo abscon-
dis faciam tuam a me?

Quinta Vox, S I T I O , non solum re-
creationem languidae naturae dolorum
magnitudine exhaustae & arescentis in-
star testae, ut psalmus loquitur, sed etiam
totius Generis humani redemptionem
& salutem ardenti desiderio expeti a
Christo ostendit. Qui cum fons sit aquae
vitae æternae, extinguentis omnem fritim:
ardentibus votis Christum precemur, ut
in æstu temptationum & sensu dolorum
iræ D[omi]ni, quos psalmus 33. 31. 69 & simili-
les describunt, non accendat totam iram
suam, sed dulci rigatione spiritus & Ver-
bi sui nos sustentet & recreet, ne succum-
bamus.

Sexta, C O N S U M M A T U M E S T,

M

τελεσθεία

τελέσει, Sacrificium Christi propiciato-
ritum pro salute generis humani iam in
ára crucis peractum, & peccatorum Expia-
tionem perfectam, & Prophetarum pra-
dictiones de passione & morte Christi
omnes iam impletas, & finem dolorum
Christi esse, testatur. Epistola ad Ebreos
velut digitum in hoc dictum intendens
cap. 10. de usu & fructu sacrificij Christi
concionans, eodem plane verbo utitur.
μία τεραφόρα τετελέσκει εἰς τὸ διλη-
πὲς τὸν ἀγναζόμενος, Christus unica
oblatione (unico sacrificio semel in ar-
crucis oblato) Consummavit in perpe-
tuum sanctificatos, hoc est, perfecte expi-
avit seu consummatam & perfectam re-
missionem peccatorum, iusticiā & salu-
tem æternam promeruit, & impetravit
omnibus qui quocunq; tenore sanctifi-
cantur, hoc est, a peccatis mundantur &
iustificantur. & paulo ante: Sacrificia le-
gis nunquam possunt accedentes τελεῖ-
σαι, consummari, seu perfecte a peccato
expiare. Plura autem de hoc verbo, & de
τελεῖσαι in genere intinent studiosi in
lib. 4. de ciuitate Dei, Cap. 31. Annota-
tionum Viuis.

Ultimi

Vltima vox Christi in cruce expirantis ex Psalmo 31. sumpta: PATER IN
MANVS TVAS COMMANDO SPIRITVM MEVM. Huic æterno & beneficio
Patri, placato nobis propter Filium pro
nobis mortuum & resuscitatum, nostram
quoq; Animam ex corpore emigrantem
firma fide & spe læta, velut Depositum
suo tempore corpori certò reddendum;
in fideles manus commendemus. Non
accidat nobis, quod dicitur, *Vitaq; cum genitu fugit indignata sub umbras;* nec ut Epicurei ludamus, Animula vagula, blandula,
pallidula, rigidula, nudula, quæ nunc
abis in loca? Sed in locum certum nobis
a Christo paratum, in propitiam Domini
patris cœlestis MANVM, Animas no-
stras ex hoc ergastulo discedentes excipi,
& in pace, lætitia & luce diuina, donec
corporibus resuscitatis extremo die iterum
iungantur, custodiri non dubitemus.

MORTVVS est enim filius Domini
Dominus noster Iesus Christus iustus &
innocens, pro Nobis peccatoribus &
initiis, victimam se & sacrificium, omnibus
Agonum in sacrificijs occisorum
mactationibus significatum, Deo Patri
M. æterno

æterno αὐτίλυτον pro nobis offerens &
persoluens, vt sua innocentia & indebita
morte, nostram mortem absorberet, &
Nos horrendæ iræ D[omi]ni, maledictioni le-
gis, tyrannidi Diaboli, & præsentि ac
æternæ morti propter peccatum destina-
tos, ab his tantis malis liberaret, & im-
mortali ac æterna vita & iustitia & Glo-
ria donaret. Hunc Dominum & son-
tem Vitæ, Seruatorem nostrum Iesum
Christum pro nobis crucifixum, mortu-
um & resuscitatum, in nostræ Mortis
agone, vt Israëlitæ serpente æneum,
sanguineo colore rubentem in pertica
suspensum, Fidei nostræ oculis alpicia-
mus, & Mortem non in nostro corpore,
sed in Christo pro nobis mortuo & resu-
scitato victore mortis, & datore vitæ
æternæ: peccatum non in nostra consci-
entia, sed in Christo Agno D[omi]ni tollente
peccata mundi: legem non in nostris cor-
dibus scriptam, sed deletam & affixam
cruci. Coloss. 2. Dolores inferni non in
damnatis, sed in Christo luctante cum
doloribus inferorum & pro nobis tenta-
tionem de abiectione & alias vincentem,
intueamur. Hic Dominus Vitæ, pro no-
bis mortuus, M O R T U M, quæ instar diri

&

& saeuia latronis aculeo seu hasta peccati, per legem accusati & damnati omnes homines confosso interficiebat, vicissim interfecit & absorpsit, & exitium ac pestem Morti & inferno attulit, & omnibus fide ad ipsum confugientibus de manu mortis & inferni liberatis, aeternam iustitiam & vitam impertit. Ut enim Draco Elephanti sanguinem sitiens & totum cibensis statim extinguitur; ita Mors illicientem corporis C H R I S T I escam deglutiens, Diuinitatis personaliter corpori vnitae hamo transfixa, sibi ipsi exitium deuorato hamo attulit, ita ut omnes etiam quos ante deglutiuerat, reddere cogatur.

Ose. 13. De manu mortis liberabo eos, Ego mors tua, o mors, Mors mortis morti mortem mors morte redemit.
1. Cor. 15. Absorpta est Mors in victoriā. Ebr. 2. Per mortem (suam) destruxit eum, qui mortis habebat imperium, hoc est, Diabolum, & liberauit eos qui metu mortis in omni vita obnoxij erant seruituti. Rom. 5. Cum essemus inimici, reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius. Nudi enim & solius hominis mors, nec precium redemptionis sufficiens esset, nec vincere peccatum & mortem, nec re-

M 3 flituere

stituere iustitiam & vitam posset. Ideo Filium Dei verè & naturā D̄ b v m & Hominem nobis δμούστον pati pro nobis & crucifigi ac mori propria carne sua oportuit. Et si enim Diuinitas per se impassibilis et immortalis est, et clavis non perforatur, tamen hæc persona, quæ est D̄ b v s et Homo, secundum humanam suam naturam, crucifixa & mortua est, & Christo patienti ac morienti verè & personaliter unita est Diuinitas, & vult hanc sui proprij corporis passionem, nec prohibet, sed corroborat & sustentat, ut molem iræ Dei ac poenarum omnibus alioquin creaturis intolerabilem sustinere possit; ac Passionem & Mortem illam D̄ s o gratam, & Generi humano salutarem efficit. Hinc tanta passionis & mortis Christi præcessoris sanctorum martyris efficacia & præstantia est, quia hic homo vere & natura D̄ b v s est, in cuius natura humana patiente & moriente tota plenitudo D̄ s o tatis habitat corporaliter. Nam in morte etiam personalis Unio non dissoluta, nec diuina natura Filij ab anima vel corpore Christi separata est, nam & tunc anima & corpus in Verbi seu Filij D̄ s i hypostasi existentiam, sicut à principio incarnationis,

tais, non per se aut separati, habebant, ita
ut una semper Christi hypostasis esset.

Sed his perplexioribus disputationi-
bus præcisæ articulum de Morte Christi
hac Bernardi preicatione concludamus.

Morti tuæ tam amaræ
Grates ago Iesu chare.
Qui es clemens pie D E V S,
Fac quod petit tuus reus;
Vt absq; te non finiar.

Dum me mori est necesse,
Noli mihi tum deesse.
In tremenda mortis hora
Veni Iesu absq; mora;
Tuere me & libera.

Cum me iubes emigrare
Iesu chare, tunc appare.
O amator amplectende,
Teme tipsum tunc ostende,
In cruce salutifera.

E T S E P V L T V S.

Totum septimum diem, Sepulchro
illatum corpus Christi, qui cuit, non
solum ut vere mortuum fuisse constaret,
& vna secum peccata nostra, quæ corpo-
ri ipsius velut victimæ imposita fuerunt,

M ♀ sepeli-

sepeliret: & nostra sepulchra, ex saeculis
& spurcis serpentum cauernis sancta &
dulcia cubilia redderet, ex quibus nos in
morte requiescentes peracta huius mundi
periodo, resuscitaret: Verum etiam, ut
æterni sabbati honorem nobis lapsu pri-
mi parentis amissum, hoc Sabbato Re-
demptionis seu Quietè septimi diei in
sepulchro, restitueret. Fuit enim homo
conditus, ut Augustum & sanctum tem-
plum esset, in quo perpetuum festum
Sabbati celebraretur, & in quo tota Diu-
nitas, tanquam in domicilio & sacrario
suo, Quiescens & Habitans, suæ lucis, sa-
pientiae & iustitiae radios spargeret, & hoc
domicilio & imagine sua lætaretur. Cum
igitur hanc quietem & læticiam turbasset
Diabolus, qui hoc templum & Sabbathum
prophanauit: Filius Dei denuò hoc Sab-
batum sanguine suo sanciuit, & die Sab-
bati magni in sepulchro Quieuit, vt æter-
nū Sabbathum veræ agnitionis ac celebra-
tionis Dei & perpetuæ vitæ ac lætitiae in
Deo adquiescentis, ad ipsum configuen-
tibus redderet. Ut autem ipse Filius Dei
ante Gloriam æterni Sabbathi crucifixus
& mortuus in sepulchro Quieuit: ita om-
nes pij conformes imaginis Filij Dei in
cruce

cruce facti post mortem primūm Sabba-
to æternæ vitæ ornabuntur.

Vt enim Christi Sepulchrum Glorio-
sum fuit Esa. 11. quia ex morte ad vitam
& Gloriam æternam reuixit (Alexandri
magni Sepultura et si multò fuit splendi-
dior & sumptuosior: tamen ipse in mor-
te mansit) Sic Nostra etiā Sepulchra,
quæ alioquin foeda & spurca cadauerum
& Serpentum antra esse videntur, conta-
etu sanctissimi corporis Christi consecrat
& gloria facit, procul inde omnem im-
mundiciem Serpentis Diaboli fugans, &
sanctos Angelos suos, qui ad Christi mo-
numentum excubabant, vigiles Nobis
adiungens, qui & animas pias in manus
patris cœlestis in Paradisum deducunt,
& beatos etiā cineres & exuuias obser-
uant, quæ Spiritus sancti domicilia fue-
runt, & iterum, Christo ad iudicium re-
deunte futura sunt. Huc tota de corpo-
rum nostrorum Sepultura & ceremonijs
ac ritibus Funerum doctrina referri po-
test.

DESCENDIT AD INFERNA.

M , Symboli

Symboli articulum simpliciter ut verba sonant refineamus, ac Filium Deum, qui pro nobis peccatoribus peccatum & victimam factus est, ut sua iusticia & sacrificio nos a peccato & morte redimeret; ut etiam ad infernum descendisse statuimus, ut nos ab inferno, ad quem propter peccatum in Adam condemnati eramus, & a potestate & tyrannide Diaboli, qui captivi tenebamur, liberaret, ut Ole. 14. inquit, De manu Inferni liberabo eos, de morte redimam eos, Ego mors tua, o mors, Ego morsus tuus, o inferne. Psal. 50. Domine eduxisti animam meam ab Inferno, viuificasti me a descendantibus in lacum. de quo effectu & fructu descensus Christi, haec quoque patrum dicta loquuntur. Ieron. in Galat. 3. Injuria Domini nostra gloria est. Ille mortuus est, ut nos viueremus, **D E S C E N D I T A D I N F E R R O S , V T N O S A S C E N D E R E M U S I N C O E L U M :** Factus est iustitia, ut nos sapientia fieremus. Ille se de plenitudine & de Forma Domini evacuavit, Formam servit accipiens, ut in nobis habitaret plenitudo Divinitatis, & Domini fieremus e servis. Ille cependit in ligno, ut peccatum quod commiseramus in ligno scientiae boni & mali.

mali ligno deleret appensus. Et in Psal. 93.
Deserta fuisset anima mea apud Inferos,
si non tua anima de inferis surrexisset.

Fulgentius lib. 3. ad Thrasimundum.
Homo a Deo suscep^{tus} descendit, quo
homo separatus a Deo, peccati merito
cederat, id est, ad infernum, vbi solebat
peccatoris anima torqueri, & ad sepul-
chrum, vbi consuecerat peccatoris caro
corrumpi, sic tamen, vt nec Christi caro
in sepulchro corrumperetur, nec Inferni
doloribus anima torqueretur, descendit
autem vt mors occideretur, & dolores
Inferni soluerentur, quia Divinitas adfuit.
Hilarius. Virgo, partus, & corpus, postq;
crux, mors, inferi nostra salus. Augusti-
nus, propter te mortuus ad inferna de-
scendi, vt te ad Paradisum reducerem:
Tartara adij, vt tu in cœlo regnares, A-
gnosce ergo Impietas, quæ pro te pertuli.

Hunc fructum & nucleus descensus
Christi ad inferna retinentes, non curiose
de modo descensus, & ceteris circum-
stantijs in verbo non patet actis, quæra-
mus: οὐ φίς ω̄ ἐλεγχός τῆς ἀμίδας,
πῶς ω̄ι ἡ̄ λέγεται: tametsi certo mo-
do, Filium D^{NI}, victoriam suam, & suę
præsentiaę, maiestatis, & perfectę iam re-
demptionis

demptionis humanæ testimonia, Diabolis & impijs, qui in venturum Christum credere noluerunt, ostendisse; & vere sensisse Diabolos, fractam esse ab hoc victore potentiam suam, & vere caput serpentis i Semine mulieris contritum esse, non dubium est.

Quod autem per descensum Christi ad inferos, animas sanctorum patrum & aliorum, qui ante Christi passionem, infide promissi seminis decesserunt, ex inferno, in cuius Limbo eò usq; detentæ manserint, primum eductas esse; Pontificij & patres aliqui scripserunt: totum illud Limbi commentum, ex ijs, quæ de purgatorio, explicantes postremum Symboli articulum de morte & vita æterna diximus, facile iudicari potest.

Cum enim duas tantum classes & conditiones animarum ex hac vita discedentium scriptura constituat: Qui credit in filium, habet vitam æternam, Qui vero non credit, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. Et Patres veteris testamenti, eadem fide, qua nos per gratiam Domini nostri Iesu Christi saluati sint: non dubium est, eos in vera agnitione & fide venturi seminis, ex hac vita discedentes,

cedentes, rectâ in vitam cœlestem & beatam migrasse.

Quod vero in Limbum patrum (quē idem esse cum sinu Abrahæ, Pontificij sentiunt) solummodo ad liberandos patres, & non in damnatorum infernum Christi animam descendisse affirmant: de eo Augustinus multis seculis ante, sententiam suam exposuit. In his tanti magistri verbis, vbi ait dixisse Abraham, inter vos & nos Chaos magnum firmatum est: sā. *Eusdum.*

lis ut opinor appareret, non esse quandam partem & quasi membrum inferorum Abrahæ sinum. Chaos enim quid est, nisi quidam hiatus, multum ea separans, inter quae non solum est, verum etiam firmatus est: Quapropter si in illum Abrahæ sinum, Christum mortuum venisse sancta scriptura dixisset, non nominato inferno, eiusq; doloribus; miror si quisquam ad inferos eum descendisse assertere auderet. Sed quia evidentia testimonia, & infernum commemorant & dolores; multa causa occurrit, cur illò credatur venisse Saluator, nisi ut ab eis doloribus saluos faceret.

Verē igitur, τίς οὐχεῖται θεόπιτει σὺν ψυχῇ ἀνατρέπεις τὸ αὐτὸν μυστήριον;

BY TE-

Parte 3.
Summa
Quaest. 52.

185 *Prædicavit spiritibus in carcere.*

*In Arcan-
rinto sal.
484.*

av πεπλειωνέται, vt Epiphanius loquitur statuamus. etiam si quomodo, & quid ibi egerit, aut passus sit, integrè explicabitur non possumus, nisi quantum Ole. 13. & 1. Cor. 15. patescunt est, De manu inferni liberabo eos, de morte redimam eos. Vbi tunc, o Mors, aculeus? vbi tunc o inferne, victoria? Deo autem gratia, quod dedit nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Et 1. Pet. 3. dicitur, Christus semel pro peccatis passus est iustus pro iniustis, vt nos adducret Deus mortificatus quidem carne, vivificant autem spiritu. In quo & spiritibus in carcere abiens prædicauit, qui inobedientes olim fuerint, cum semel expectabat dominus patientia, in diebus Noah, cum arca appararetur, in qua paucæ, hoc est, octo animæ saluatæ sunt per aquam &c.

Etsi autem huius dicti obscuritas inapplicabilis videtur, tamen fidei analogia enarrationes præcipuae tres sunt, & verba ipsa, vt sonant, hanc simplicissimam sententiam gignunt. Christus spiritu sanctissima, cum secundum carnem mortuus esset, abiens in carcere seu Infernum dominatorum, spiritibus qui olim temporib. Noah

Nohæ inobedientes seu increduli fuerunt
(non sanctis patribus in limbo, sed inobe-
dientium, & incredulorū animabus) præ-
dicauit, non liberans eos ex carcere, cùm
ex inferno nulla sit redemptio; nec pœni-
tentiae agendæ facultatē tribuens, cui tan-
tum in hac vita locus est, cùm statim à
morte sequatur iudicium, Ebr. 9. verū n̄
se Messiam patribus promissum, quem
toties venturū illi audierant, & super-
bē spreuerant, certo iam venisse, & caput
Serpentis seu regnum & potentiam Dia-
boli, credentibus, in Semen mulieris, con-
triuisse, eosq; ab inferni & Satanæ pote-
state liberasse ostenderet.

Nam quod in sequenti capite, i. Pet. 4. 4.
dicitur: Ideo enim mortuis quoq; prædi-
catum est Euangelion, vt iudicarentur 4.
quidem secundum homines carne; viue- 4.
rent autem secundum D s v M spiritu: e-
ius dicti sententiam, verba quæ immedia-
tē præcedunt, perspicüe declarant: Qui 4.
reddituri sunt rationem ei, qui paratus est 4.
ad iudicandum viuos & mortuos. Ideo 4.
enim mortuis quoq; prædicatum est Eu-
angelion, illis videlicet mortuis, qui in ex-
tremo iudicio rationem reddent Christo
iudici, qui tūm quidem, cūm eis prædica-
retur.

retur, viui erant, sicut in extremo iudicio
cūm iudicabuntur, rursus viui erunt; se-
fuscitabuntur. Hæc sententia simplicior
est, quām allegoricē de mortuis peccato-
seu spiritualiter mortuis interpretari. Se-
quitur autem, vt iudicarentur seu dama-
nentur secundum homines carne, vt in eo
rum carne damnaretur, abolefetur &
mortificaretur peccatum, cuius fons & or-
tigo, in ipsa hominum natura hæretico-
addidit, secundum homines. Viueran-
t autem secundum D[omi]n[u]m spiritu, vt noua
& sancta vita, eonformis voluntati D[omi]ni
Spiritu D[omi]ni sancto, in eis inchoaretur.

Altera explicatio est, Christus viuifi-
catus spiritu, id est, diuinitate sua, seu po-
tentia Diuina, qua ex morte resuscitatus
est, iam olim etiam in diebus Nohæ de
cœlo adueniens (vt semper generi huma-
no adfuit) prædicatit Spiritibus illis, qui
nunc in carcere inferni meritas dant sua
impietatis pœnas, vtpote qui prædicant
Nohæ, & arcam suam construenti, olim
immorigeri parere recusarint, in qua &
iam octo duntaxat Animæ, quæ credide-
rant Christo per Noham prædicanti, scie-
ntiae sunt.

Tertia visitatissima. Christus ab initio
mundi

mundi prædicauit spiritibus seu Anima-
bus hominum, in peccati carcere & igno-
rantiæ tenebris constrictis, & in captiu-
itate Saranæ constitutis. Esa. 42. Dedi te
in fœdus gentium, ut aperias oculos cœ-
corum, & educas de carcere vinculum, de
domo carceris sedentes in tenebris. Esa. 61.
prædicare captiuis liberationem & clau-
sis in carcere apertio nem. Hæc Augustini
in epistola ad Euodium enarratio est,
quam qui volent adscribant.

Postremo iterum repeto, quod initio
dixi, ut in cæteris fidei nostræ articulis,
de Filij Dei conceptione, nativitate ex vir-
gine, passione, morte, resurrectione mor-
tuorum &c, verba simpliciter & propriè
ut sonant intelligenda & firmissima fide
amplectenda sunt, etiamsi modum, quo
illa fiant, aut fieri possint, & circumstan-
tias ac causas omnes non penitus perspi-
cimus: Ita articulum descensus Christi
ad inferna, ideo facti ut nos ab inferno &
potestate Diaboli liberaret, simplici fide
retinendū esse, etiamsi omnibus curiosorū
ingeniorū questionib. curiosis responde-
re ac satisfacere nequeamus. quod n. de
Angelorum apparitionibus, sermonibus,
conuiuijs cū patribus, alicubi Augustinus

N inquit:

inquit: idem in his etiam disputationibus, recte usurpamus. Cum ista quærun-
tur, & ista sic, ut potest, quisq; coniecat, non inutiliter exercentur ingenia, si adhi-
beatur disceptatio moderata, & absit er-
ror opinantium se scire quod nesciunt.
Quid enim opus est, ut hæc atq; eiusmo-
di affimentur, vel negentur, vel definian-
tur cum discrimine, quando sine crimine
&, ut multa alia, sine salutis labo, nesciun-
tur. Mysterium Fidei est: credi salubriter
potest, inuestigari utiliter non potest.

TERTIA DIE RE SVRREXIT A MOR- T V I S.

Laetissima catastrophe passionis &
mortis Filij Dei & fundamentum &
causa resuscitationis nostrorum corpo-
rum, & restitutionis iustitiae ac vitæ exter-
næ, est glorioſa resurrectio Filij Dei, Do-
mini & liberatoris nostri Iesu Christi, qui
victor peccati passione sua expiati, &
mortis morte sua interficiæ, & inferni ac-
totius regni Diaboli, in quo captiui antea
tenebamur, triumphauit & nos ad se con-
uersos, a peccatis, quod animæ mors est,
resuscitatos, Spiritu suo vivificant & iustifi-
cam ac salutem omnibus fide ad ipsum re-
fusca-

suscitatum confugientibus, tribuit, & re-
suscitatis ex morte, immortalem vitam
eternam & gloriam aeternam impertit.
Coll. 2. In Christo resurrexisti per fidem
efficientis Dei, qui excitauit eum ex mortu-
is, & nos mortuos peccatis, conuiuificauit
cum eo, condonans omnia peccata, de-
lens chirographum, quod contra nos erat
in decretis, & illud sustulit ex medio affi-
gens cruci, & exutos principatus & po-
tates ostentauit, liberè triumphans de eis
in semetipso. Ut enim Romani duces, par-
tis illustribus victorijs triumphabant, &
hostes captiuos populo ostendebant, &
militibus suis præmia distribubant: Sie
Christus toto regno Diaboli & neruis
potentiae illius, peccato, morte & chiro-
grapho conscientiae nostræ accusantis nos
per legis decreta, non gladijs & hastis, sed
cruce & morte sua superatis & decuictis,
affixos cruci hostes velut in triumpho
ducit ac ostentat, ut omnibus ad huius
Regis victoris vexillum confugientibus,
nihil amplius nocere hostes exarmatos &
captivos posse, toti ecclesiæ appareat. Hi ef-
fectus & fructus seu beneficia resurrectio-
nis Christi, gloriosa liberatio a tyrannide
Diaboli, peccato, morte, inferno, conuer-

sio ad D e u m seu viuificatio animæ pe-
catis mortuæ, Donatio nouæ iustitiae, ve-
ra & firma consolatio in morte & omni-
bus ærumnis, Resuscitatio nostrorum
corporum ex morte, & vita ac gloria cum
Christo æterna, præcipue in hoc articulo
considerentur, & ad hunc finem & sco-
pum præcipuum, historia resurrectionis
Christi ab Euangelistis descripta referatur,
quæ, vt Paulus 1. Cor. 15. testatur, totius
nostræ fidei, salutis, resurrectionis nostro-
rum corporum & vitæ æternae causa &
fundamentum est. Ideò tot verbis initio
Christum verò suo corpore verè ex mor-
tuis resurrexisse confirmat testimonis
scripturæ & multorum testimoniū, qui Chri-
stum resuscitatum suis oculis viderunt.
Ostendit enim Christus se viuum cum
vero suo Corpore ex morte resuscitato
eadem die, qua resurrexit, distinctis inter-
vallis, sexies. primum Mariæ Magdalene
soli. deinde cæteris mulieribus. tunc
duobus cunctibus in agrum. Mar:16. Post
ea Cephæ seu Petro. Quinto Cleopha
& Nathanaeli in expiatione Emauni-
na, Postremo ad omnes Apostolos simul
congregatos clausa ianua penetrans, ne
non solum oculis eorum videndum, sed
etiam

etiam manibus contrectandum præbuit.
Nec Christus solus vagatus est post resur-
rectionem , vt Spectrum subito euane-
scens : Verum vt ie cum vero suo Corpo-
re vere resurrexisse demonstraret , & ini-
tia futuræ ac æternæ vitæ , in qua , noua
luce , sapientia & iustitia diuina illustrati ,
sine peccato & morte vigemus : Aposto-
lis & reliquo cœtu coniuncto palam ob-
oculos poneret : **T O T O S Q V A D R A-**
G I N T A D I R E visibiliter cum Aposto-
lis & magna Ecclesia eius temporis (vt
Paulus narrat , eum plus quam quingen-
tis fratribus simul conspectum esse) cum
patribus & Prophetis vnâ resuscitatis
conuersatus est . Diserte enim restatur
Matthæus , multa corpora sanctorum ,
qui obdormierant , suscitata post resur-
rectionem Christi egressa ex monumen-
tis venisse in sanctam ciuitatem & appa-
ruisse multis . Ac Epiphanius ex antiquis
monumentis docet , in hoc numero san-
ctorum fuisse primum hominem Ada-
mum , & cœteros patres , quibus promis-
sio de Semine contrituro Caput Serpen-
tis , peccatum & mortem , & instauratu-
ro iustitiam & vitam æternam , primo tradi-
ta erat . Consentaneum est igitur Chri-

N 3 stum,

stum, Adamum, Abelum, Seth, Noe,
Abraham, Isaac, Iacob, Euam, Saram,
Rebeccam &c. totos dies apud Mariam,
Apostolos & coeteros pios considerasse, &
de D^eo, de diuinis patefactionibus inde
usq^{ue} ab initio editis, de promissione semi-
nis, de Ecclesiæ collectione, gubernatio-
ne & defensione, de beneficijs redemp-
ris Christi, de iustitia & vita æterna &
alijs mirandis operibus D^eo in Ecclesiæ
editis, suauissime collocutos esse, sicut di-
serte inquit Lucas, Christum per 40 dies
ce^m m^ois t^umuⁿej^ois se Apostolis vider-
dum stitisse, & D^eo R^{EG}N^O DEI cum
eis C^OLL^EG^VT^UM esse. Ac extant ar-
gumenta & summæ earum scholarum
seu colloquiorum his 40 diebus habito-
rum, LUC : 24. vbi tota de C^HR^IST^O
doctrina, in Mose, Psalmis, & Prophetis
tradita, atq^{ue} adeò vniuersa Scriptura di-
scipulis enarrata esse à Christo, et Ministeri-
um prædicandi pœnitentiam & remissi-
onem peccatorum in nomine Christi in-
stitutum esse scribitur Ioh. 20. Summa
doctrinæ de tribus personis diuinitatis, de
Spiritu sancto, de remissione peccatorum,
de ministerio Euangelij, de persona &
beneficijs Christi, de F^{AT}U^S, de vita æter-
na.

na, de officijs ministrorum, quæ sunt diligere Christum & pascere oves Christi &c. traditur. Matt: 28. Mar: 16. itidem testimonia de præcipuis doctrinæ Christianæ articulis, de vero Deo, & tribus personis diuinitatis, de beneficijs Filij Dei, & de Fide saluante, de ministerio Euangelij, de Baptismo, de veris cultibus Dei, de discrimine Ecclesiæ & gentium de salute & vita piorum æterna, & peccatis impiorum æternis repetuntur.

De his tantis rebus, & miranda instaurazione humanæ naturæ, & donata per filium gloria Ecclesiæ æterna, & cuius initijs ipfi cum suis corporibus resuscitati tunc fruebantur: inter summa illa lumina generis humani, sermones familiares fuerunt. Ibi Eua, Sara, assidentem Mariam filiam amantissime complexæ sunt. Adam, Abraham, Isaac, Ioseph, suos nepotes, Petrum, Iohannem & alios duxerunt in ipsa vestigia veterum historiarum, memorantes, quo loco Isaac oblatus fuerit, quo loco scalam viderit Iacob. Ad hanc scholam 40 dierum nos quoq; aggregemus, & nullius ætatis omnibus temporibus mundi res gestas cum horum 40 dierum historia conferendas esse

Nostri sciamus,

sciamus , & frequentes ac attentē de ea his ipsis 40. diebus cogitantes , capita doctrinæ à Christo in ea Schola post resurrectionem repetita euoluamus : & vt ad hanc cogitationem & gratiarum actionem animi sint idonei , modestius viuamus.

Id ad veram pietatem in animis alendam & confirmandam multò erit utilius quam curiosas disputationes de triduo , de conciliatione historiæ resurrectionis & quatuor Euangelistis descriptæ , quomodo Christi corpus lapidem sepulchri & ianuas clausas penetrauerit ? an duo corpora possint simul in eodem loco esse ? an corpora glorificata cibo & potu vtantur , sicut Christus piscem assūm & fauum mellis comedit ? an cicatrices & macula corporum post resurrectionem manent & similes agitare .

Etsi enim vnum tantum diem Sabbathi integrum , & proximè præcedentis diei veneris , & sequentis diei solis partem in sepulchro corpus Christi quietuit ; tamen vere tertia die resurrexit ; depositum in cruce & sepultum die sexta hebdomada seu pridie Sabbati , ante occasum solis , post horam nonam ~~nocturnum~~ , quæ nobis est

est pomeridiana tertia, & totum diem sequentem septimum seu sabbatum in semper pulchro manens, tertia die, quæ fuit prima hebdomadæ seu prima post Sabbathum, inchoata ab occasu solis proxime præcedente mane aurora illuceiente surrexit. Scio autem acerbas de triduo cauillationes agitari, quibus omissis in hac simplici computatione acquiescamus, quæ Syncdochice triduum de singulorum dierum parte aliqua intelligit, ut Hieronymus quoq; in Iona interpretatur.

Virulentissimè etiam Porphyrius narrationem de resurrectione Christi Matth. 28. Marci 16. Lucae 24. Ioh. 20. dissimiliat, & proflus inter se, ut prophanis & impenitus appareret, dissidentium repugnantiam insectatur. Sed dextre & concinna singulas narrationum partes inter se conferenti & coagmentati elucet, diligenter et optima fide integrum resurrectionis historiam Ecclesiæ traditam esse. Quam, ut magis perspicua esset Euangelistarum cœiliatio, in certa capita seu numeros distributam, in chronologia Euangelistarum et alibi recitauit, vnde huc assumi possunt.

Ad interrogationem, quomodo Christi corpus resurgens lapidem sepulchri, &

ianuas clausas penetrare potuerit, cum id
naturae veri & physici corporis, quod lo-
gum, latum & profundum, semper & qua-
lem sibi locum occupat & replet, protius
repugnare, & penetratio dimensionum
plane impossibilis videatur. cum Iustino
respondemus: *περὶ Φῆς ἐλεγχοῦ ἀποστολῆς*
τὸν πῶς τῷ Ιησῷ λέγειν. *ταῖς δὲ τούταις*
επιπορθήσεσ, πάσις Πτιλυέτω μόνη. Eni-
dens indicium incredulitatis est de Deo
aut rebus diuinis querere *Quomodo*
aliquid sita ut fiat. Omnes enim in
nobis dubitationes dissoluere sola fi-
des debet. Non igitur adeo audaces
sumus, quia nos intelligere non po-
tsumus, quomodo salua manente na-
turae humanae veritate, Corpus Christi,
alia corpora solida, loco suo non caden-
tia penetraverit, ut propterea factum esse
negemus. Sicut palam aliqui nostro tem-
pore scripserunt, Christum non per ianu-
as clausas, Sed eo tempore, quo vesperi-
seruari clausae solent, ianuis apertis ad
discipulos ingressum, & lapidem sepul-
chri ante ipsius resurrectionem ab Ang-
lo remotum fuisse. Quod cum historia
ipsa, & totius Antiquitatis, quam semper
silioquin in ore habent, & omnium ortho-
doxorum

dorum patrum vnanimi consensu,
quorum alibi testimonia collegimus, dis-
sentit. Vnicam nunc Augustini sententi-
am recitabo Epistola 3. Virtus diuina per
inuiolatae matris viscera, membra infantis
eduxit, quæ postea per clausa ostia iu-
uenis membra introduxit. Demus De-
um aliquid posse, quod nos fateamur in-
telligere non posse. In talibus rebus tota
ratio facti est potentia facientis. Disputan-
tur hæc latius. Sed intellectui fides adi-
tum aperit, infidelitas claudit. Item serm.
159. Ille veniens per ianuas clausas intra-
uit, qui nascentis integritatem matris non
violauit. Item de Christiano Cap: 24.
Non propterea negemus illud fuisse cor-
pus humanum, quia contra naturam hu-
ius corporis videmus illud per clausa
ostia intrare. Omnia enim possibilia sunt
Deo.

Ex quibus & plurimis alijs similibus
patrum testimonijs perspicuum est, eos
sensiisse, verè Christi corpus contra natu-
ræ ordinem monumenti lapidem & ia-
nuas clausas peruersisse, atq; ita cum alio
corpo solido in eodem loco fuisse, &
ramen naturæ humanæ veritatem non
amisisse.

Quod

Quod vero ad conditionem & statum corporum spiritualium & glorificatorum post resurrectionem attinet, in loco de vita æterna diximus, quantum veretur dicere in tanta nostra caligine potest. Et corpora glorificata Angelis similia sine cibo, potu, generatione & alijs functionibus potentiarum animæ nutritiæ victura esse, Spiritu diuino ea accendente & sustentante, & ad omnes morus & actiones Spiritus obeundas idoneas & habilia reddente, ex illustribus scripturæ testimonijs Matth : 22. 1. Cor. 15. Apoc. 7. constat.

Quod vero Lucæ 24. Christus post resurrectionem comedisse pescem assum & fāuum mellis scribitur: non quod corpus immortalitate indutum cibo & potu indigeret, sed confirmandas fidei Discipulorum causa fecit, ne spectrum aut aliam inanem speciem esse existimarent. Ita cicatrices quinq; vulnerum suorum Christus resurgens retinuit, ut fidem Apostolorum de vera resurrectione sui corporis firmius stabiliret. Ideo enim cicatrices seruauit in suo corpore, ut vulnus dubitationis sanaret in discipulorum corde, & perpetuum victoriæ suæ monumentum in

in corpore circumferret, & patri pro nobis supplicans, quale genus mortis pro nobis pertulerit, semper ostenderet, & ius morte redemptis, quali λύτρων sunt libera-
ti, declararet: Et in extremo iudicio im-
pijs, quam iuste damnentur, demon-
strareret: ubi conspectus cicatricū subiicit
impijs sententiam his Augustini verbis
expositam, Ecce hominem, quem cruci-
fixisti: Videtis vulnera, quae infixisti:
agnoscitis latus, quod pupugisti: quod
pervos & propter vos apertum est, ne
intrare voluisti.

Sed, ut ante dixi, his & similibus curi-
osis questionibus omissis, rectius & uti-
lius est Scholas quadraginta dierum de
regno Christi Luc. 24, Iohan: 20. habitas,
& doctrinam de efficacia & fructu & be-
neficijs resurrectionis Christi, de quibus
in proxime sequentibus etiam articulis
de Ascensione ad caelos & sessione ad
Dexteram Dei articulis dicetur, pie &
attente cogitare.

ASCENDIT A D

COELO S.

Post hanc quadraginta dierum Scho-
lam, Christus eductis in Bethaniam &
mon-

montem oliueti discipulis valedixit , &
spectantibus illis, gloriosissimo triumpho,
comitatus innumerabili multitudine An-
gelorum & agmine illo sanctorum , qui
vnâ resurrexerant ; ASCENDIT IN CŒ-
LUM, non euangelicus ut spectum , sed ve-
ro suo corpore , visibili & circumscripto ,
verè à terris sursum in cœlos evectus , &
depositis omnibus huius vitæ terrenæ &
mortalis infirmitatibus , in æternam &
cœlestem vitam translatus est , ita ut ante
extremum iudicium , non amplius fami-
liariter & visibiliter nobiscum in his ter-
ris versetur : Sed in diuina maiestate &
gloria sedens ad DEXTERAM DEI ,
Dominus omnium creaturarum , & ca-
put Ecclesiæ suæ , pari maiestate & poten-
tia cum DSO patre æterno regnet : Ig-
angeli colligens , seruans , pro ea interce-
dens , applicans ei sua beneficia , donans e-
am Spiritu sancto , aduersus diabolum &
omnes hostes eam defendens , in omni-
bus ærumnis & media morte consolans ;
& tandem resuscitatam ex morte ad se in
cœlum recipiens , & vita , lætitia ac gloria
æterna ornans .

Primum autem historia Ascensionis

&

HOIN

& triumphi Christi, quæ totius fidei & consolationis in morte & æternis omnibus & æternæ salutis nostræ fundamen-
tum est, ab Euangelistis, Actor: i. Lucæ
24. Marci 16. & Psal: 63. currus Domini cum
millies milibus lætantium, Dominus in
eis in Sinai Sancto, Ascendit in altum,
captiuam duxit captiuitatem, dedit do-
na hominibus, Deus noster Deus ad sal-
vandum, & Dominus est Dominus edu-
cens ex morte. Psal: 46. Ascendit Deus in
Iubilo, Dominus in voce tubæ, & Apo-
stolo Paulo, Eph. 4. & i. Colos: 2. descri-
pta, diligenter & attentè legatur & consi-
deretur.

Deinde causas visibilis Iruius discussus
& migrationis Christi à suis discipulis,
quibus præmonitis & spectantibus &
testibus suæ ascensionis, abire in cœlum
voluit, cogitemus, videlicet, ut fident
discipulorum de vera corporis sui resu-
scitatione confirmaret: nec ut spectrum se-
euanscere: sed vere cum vero suo & visi-
bili corpore discussisse: Ideoq; nos dein-
ceps non amplius visibili ipsius consuetu-
dine & conuersatione corporali fruitu-
ros: Et regnum ipsius posthac non man-
danum in his terris & politicum, ut Apo-
stoli

stoli somniabant, sed Spirituale & cælestē futurum esse demonstraret: Quare deposito & abiecto rerum terrenarum, potentiae, opum, voluptatum, studio sollicito, pios id vnum agere & totos in eam curam incumbere debere, ut in cœlestem regni cœlorum patriam peruenire possint. Col. 4. Quæ supra sunt, quærите, ubi Christus est in dextra Domini sedens.

F R V C T V * autem & beneficia Ascensionis & triumphi Christi, à Paulo Eph. 4. Ascendit in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Item Ebr. 9. Colos. 2. descripti sunt: Nam **CHRISTVS** Rex, Victor & Triumphantor eripit & Liberat Ecclesiam, & onincnos in ipsum credentes, ex **C A P T I V I T A T I** seu carcere & potestate Diaboli, mortis, peccati, maledictionis legis, & internæ damnationis & totius regni inferorum, in quo omnes homines captiui renebantur. Hanc victoriam & liberacionem a se confitam esse Christus demonstrat, cum rebus in terris feliciter gestis, & hostibus debellatis, ad patrem suum cœlestem in cœlum ascendit & captiuam duxit captiuitatem seu Hostes, à quibus homines capti & auulsi a Domo in castra & carcere

carceres diaboli peruererant. Ac hos quidem vincitos ad æternum supplicium & extitum trahit. Homines vero a diabolis captos, ex vinculis & potestate hostium, Victoria sua ereptos, ad libertatem & amissæ patræ ac bonorum omnium restitutionē traducit. Ofæc 13. De manu mortis libero eos, Psa. 13. Auertet Dominus captiuitem plebis suæ. Zach. 9. Eduxisti vincitos elacu.

Nec verò tantum eripit & vindicat nos ex potestate & carcere tenebrarum , seu diaboli & mortis æternæ : verum etiam D o n a sua in Homines liberatos largissime effundit : primum, amissa lapsu & defectione a D e o & transfigio in castra diaboli nostro , Bona restituens , condonans nobis omnia delicta , & gratuita bonitate ac misericordia nobis Ius hæreditatis filiorum D e i , vitam & iustitiam redens, deinde Spiritum sanctum in Apostolos & omnes credentes Euangelio mittit, & varijs donis ad propagationem Euangelij & ecclesiæ æternæ collectionē necessarijs, ecclesiæ suam ornat, da. Apostolos, euangelistas, Pastores, Doctores ad ædificationem corporis Christi, donec perveniamus omnes in unam fidem, quæ est

O

agni-

x. Ioann. 2.

agnitio Filij D e s i &c. Ephes. 4. Sic pro-
prio Mediatoris & summi sacerdotis offi-
cio in Coelis tanquam in vero suo tem-
plo, fungens Aduocatus noster & patro-
nus pro nobis apud aeternum Patrem in-
tercedit, & beneficia omnia suo sacrificio
& intercessione nobis confecta per mini-
sterium Evangelij propria potentia & ef-
ficacia applicat, & consugientes ad se re-
cipit, exaudit & aeterna salute donat. Ebr.
9. Christus in ipsum cœlum ingressus est,
vt appareat in coniectu D e s i pro nobis:
Rom. 8. Christus resuscitatus sedet ad dex-
terā Patris, vt interpellat pro nobis. Ebr. 4.
Habentes Pontificem magnum, qui pene-
travit cœlos Iesum Filium D e s i &c. Acce-
damus cum fiducia ad thronū Gratiae, vt
accipiamus misericordiam, & gratiam
inueniamus ad importunum auxilium.

Nec in cœlis tantum a nobis absens hic
summus sacerdos & Rex ecclesie, opitu-
latur: Sed in his terris etiam promittit se
nobiscum usq; ad consummationem secu-
li futurum, & nos aduersus omnes hostes
nostros, adhuc gravantes aduersus nos
propter reliquias peccati in nobis hæren-
tes, neandum in aeternas pœnas abiecos,
deiensurum esse. Ioh. 16. Non relinquam
vos orphanos, veniam ad vos. Mat. 16.

Vbicunque, duo aut tres congregati sunt in nomine meo, in medio eorum sum.

Certo etiam, illa ipsa visibili specie, qua cum Apostolis olim conuersatus est, & qua ascendit, paulo post in terras reuersus est, ut nos resuscitatos, ad societatum regni cœlestis & æternorum bonorum, in verbo promissani & spe expectataam, re ipsa traducat. Ideo enim Christus cum vero suo corpore & carne humana in cœlum ascendit, ubi diuina natura semper fuit, ut **NOBIS ADITVM IN COELUM PATEFACERET**, & propter hanc massam carnis humanæ a Christo in cœlum traductæ, & collocatae ac regnantis ad dexteram Domini Patris omnipotens, nostra etiam corpora lutea & mortalia expulsiere terræ ad immortalem vitam suscitata ad æternam Domini nostri Iesu Christi societatem in cœlum traducerentur. Sedet enim Iesus ad dexteram patris, homo, etsi Deus; Adam nouissimus, etsi sermo primarius; caro & sanguis, etsi nostris puriora: idem tamen & substantia & forma, qua adscendit, talis etiam descensurus, ut Angeli adfirmant. Hic Christus, sequester Domini & hominum appellatus, ex virtutisq; partis deposito

commisso sibi carnis quoq; depositū ser-
uat in semetipso, arrabonem summæ totius.
Quemadmodum enim nobis arrabonē
Spiritus reliquit: ita & a nobis arrabonem
carnis accepit, & vexit in cœlum, pignus
totius summæ illuc quandoq; redigenda.
Securi estote caro & sanguis, usurpatis &
cœlum, & regnum Dei in Christo. &c.

Aliter autem Christus , aliter ceteri
sancti & beati homines, visibili conspectu
Dei & diuina luce, sapientia & lætitia Dei
fruentes, in cœlo esse existimandi sunt. Ut
enim in preicatione dominica, Deum Pa-
trem nostrum , qui est in cœlis , compel-
lantes, omnipotentem eum vbiq; adesse,
omnia aspicere , omnium hominum
vota & cordium gemitus audire, & om-
nia facere posse quæ petunt secundum
voluntatem eius , profitemur : Ita Chri-
stum non modo ut Eliam aut Mosen in
cœlum ascendiisse , ut tantum conspectu
Dei beatus fruatur, statuamus : sed ita , ut
S E D E A T ad dexteram Dei Patris omni-
potentis, hoc est, ut Regnet pari potentia
& maiestate cum æterno Patre , ut omnia
impleat , vbiq; locorum Ecclesiæ suæ
custos & defensor adsit , omnium homi-
num corda & gemitus videat , vota &
preces

Preces exaudiat, & omnia quæ petuntur,
secundum ipsius voluntatem præstare
possit.

Hoc discriben inter Christi & sancto-
rum hominum & Angelorum ~~πλήνευμα~~
~~cœlestes~~, sequens membrum, ~~S E D E T A D~~
~~D E X T E R A M D E I P A T R I S O M N I P O-~~
~~T E N T I S~~ indicat, per quod articulum de
Ascensione Christi, Petrus & Paulus de-
clarant. Acto. 2. Non Dauid ascendit
ad cœlos, Dicit autem ipse: Dixit Domi-
nus Domino meo, sede à dexteris meis.
Eph. 1. Christum collocauit Deus ad dex-
teram suam in cœlestibus (cœlis). Eph.
4. Quod ascendit, quid est, nisi quod &
descendit primum in inferiores partes ter-
rae (incarnatus est in utero virginis, passus
& sepultus est). Qui descendit, idem est
(propter hypostaticam vñionem) qui &
ascendit longe supra omnes cœlos,
~~V T~~
~~O M N I A I M P L E R E T~~: non modo Pro-
phetarum vaticinia; nec tantum benefi-
cij ac donis suis, cumulatè in Ecclesiam
effusis, (quæ est complementum eius, qui
omnia in omnibus adimplet. Eph. 1.) sed
etiam potentiae & personæ suaæ præsentia
in tota Ecclesia & regno suo. sicut Græci
interpretantur, ~~τὰ πληρώσαντα πάντα~~.

νόμῳ γε μη τῇ θεότητι πάλαι τα πάροδοι
επελήσθησαν, καὶ συρκωθαῖς ἵνα τὰ πάντα μὲν
συρκεῖται πλησίωτη, πατέσῃ καὶ αἰνέσῃ.

1. Pet. 3. Christus est in dextera Domini, pro-
fectus in cœlum, subiectis ei Angelis &
potestatibus & virtutibus. Hæc testimo-
niæ declarant phrasin, Ascendit in altum,

non tantum loci mutationem, verum Ex-
ASCEN- ALTATIONEM ad summum Gloriarum,
dit. dignitatis & potentiarum gradum significa-
re, quæ Gloriam & Maiestas Christi, & Re-
gnum ac Sessionem ad dexteram Domini, alias
in scriptura nominatur, sicut Christus Io-
han. 20. dicens: Ascendo ad patrem me-
um & patrem vestrum, ad Dominum meum & Domum vestrum, non longa loco-
rū interualla sibi ascensu illo ad Patrem,
ybiq; præsentem, emetienda esse: sed fini-
ta conuersatione cum discipulis familiari,
in qua coram, manibus tangi, & oculis
cerni poterat, se in cœlestem vitam, ad di-
uinam gloriam & Regnum, ad dexteram
Domini patris omnipotentis ascensurum &
, exaltatum iri ostendit. Nunc igitur verba
& sententiam articuli.

S E.

SEDET AD DEX.
TERAM DEI PATRIS
OMNIPOENTIS EX-
PLICEMVS.

SEDERE enim, non corporis situm aut collocationē in throno locali denotat, sed idem est quod REGNARE & potentiam ac officium Regis ac sacerdotis supremi administrare, sicut Paulus, Psalmi dictū: Dixit Dominus Domino meo, SEDERA dexteris meis, donec ponā inimicos tuos eccl. interpretatur i. Cor. 15. Oportet eum REGNARE, donec ponat omnes inimicos sub pedes suos. Esaiæ 9. Super solium David SEDEBIT. & de Sacerdotio Ebr. 8. Talem habemus pontificem, qui consedit ad dexteram throni maiestatis in cœlis, sanctorum administrator & veri tabernaculi, quod Deus non homo fixit. Rom. 8. Est in dextera Dei & interpellat pro nobis. Significat autem,

DEXTERA DEI, non partem aut membrum Dei, nec tantum felicitatem & beatitudinem æternam, multò minus certum ac definitum locum: sed omnipotentiam, virtutem & Maiestatem diuinam, qua præsens ubiq; omnia operatur,

O , regit

regit, sustentat, seruat, hostes suos potenter reprimit, Ecclesiam defendit, liberat, exaudit, saluat. Ideo Dextra virtutis sive potentiae Dei Math. 26. Luc. 22. & Maiestatis Ebr. 1. 8. nominatur. Isa. 66. Omnia haec manus mea fecit. Exod. 15. Dextra tua Domine percussit inimicum. Psal. 118. Dextra Domini fecit virtutem, Dextra Domini exaltata est, Dextra Domini fecit virtutem. Psal. 17. Saluos facis contra resistentes dexteræ tuæ. Psal. 18. Dextra tua suscepit me. Psal. 93. Saluat dexterâ suâ & brachio sancto suo. Psal. 108. Exaltare super cœlos Dens, salvum me fac dextra tua.

Est autem Christus, secundum diuinam naturam, ipsa DEXTERA DEI, per quam omnia condita sunt & sustentantur, souentur & saluantur, sicut Exod. 15. Es. 53. 63. & alibi, Dextra & Brachium Domini appellatur. Quis credit audiatu*n* nostro, & Brachium Domini cui reuelatum est. Item. Eduxit Mosen brachio maiestatis suæ, scidit aquas ante eos.

Verum iuxta humanam naturam, secundum quam crucifixus, mortuus & resuscitatus est, non ipsa Dextra Dei, Deo patri æterno ~~impulsor~~ ~~negli~~ ~~convictor~~, sed ad

ad Dexteram Dei Patris omnipotentis,
in summū Dignitatis, potentiae, maiestati,
Gloriae & Honoris fastigium, supra
omnes Angelos & homines beatos eue-
ctus & exaltatus est, ut consors imperij,
maiestatis & gloriae paternae, omnem in
coelo & terra potestatem & gubernatio-
nem obtineat, Dominus si omnium cre-
aturarum, & summus sacerdos, R^{ex} &
C^{ap*v*} Ecclesiæ suæ. Quam sua inter-
cessione, gratia, efficacia, meriti ac bene-
ficiorum applicatione, spiritu Sancto &
omnibus donis beat, & aduersus omnes
hostes potenter defendit, & tandem ex
morte resuscitatam æternæ vitæ, lætitiae
& Gloriam suam participem reddet. sicut
Paulo ante eosdem fere fructus & benefi-
cia Ascensionis Christi in cœlos & sessio-
nis Christi ad Dexteram D^{omi}nⁱ recitau-
imus.

Colligantur autem testimonia, in qui-
bus hic articulus fidei de Christo ad dex-
tram æterni Patris regnante, et protegente
ac defendente ecclesiam, & nunc quoq;
pro nobis intercedente & sua beneficia
nobis applicante, & opem ac salutem fe-
rente fundatus est, & declaratur. Mar. 16.
Luc. 22. Matth. 26. Filius hominis sede-

O^s bit ad

bit ad dexteram virtutis seu potentiae Dei non cœlo inclusæ sed ubiq; præsentis, & omnia impletis, hoc est, regnabit pari potentia & maiestate cum Deo patre. Ebr. 1. 8. 10. & 12. Confedit in dextra Majestatis in excelsis, hoc, est, salute hominibus in mundo parta, euectus est in Gloriā & Regnum cœleste, ut magnifice omnia in cœlo & terra gubernet, in Excelso & summo dignitatis & potentiae fastigio collocatus. Rom. 8. Est in dextera Patris (regnans) & intercedit pro nobis, perpetuus pro salutis nostræ defensione, aduocatus, apparens in conspectu patris cum vibicibus quinq; vulnerum suorum, quibus patrem nobis placatum reconciliavit. 1. Petr. 3. Qui est in dextra Dei profectus in cœlū subiectis sibi Angelis ac potestatibus & virtutibus, i. e., pari potentia cum Deo Patre in regno cœlesti omnia gubernat, non solum hominibus sed etiam Angelis ei subiectis & parentibus. Colos. 3. Quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens. Actor. 7. Vidi lilium hominis à dextris Dei stantem seu regnantem, ut Eliaæ 11. In die illa stabit radix lessæ.

In primis vere Eph. 1, maximè persipi-
cua

cua & luculenta huius articuli explicatio
a Paulo tradita est. **C H R I S T V M** excita-
tum ex morte Sedere fecit ad Dexteram^{**}
stiam in Cœlis. Hic locus aperte ostendit,^{**}
Caluino etiam teste, cuius verba adscribo,
quid significet Dei dextra? non locum
sicilicet aliquem, sed potestatem, quam
pater Christo contulit, ut eius nomine
cœli & terræ imperium administret.
Cum autem dextera D e i cœlum & ter-
ram impleat, sequitur regnum Christi
vbiq; diffusum esse, atq; etiam virtutem.

Vnde perperam faciunt, qui ex sessio-
ne ad dexteram Dei conantur probare,
Christum non nisi in cœlo esse. Est qui-
dem id verissimum, in cœlo esse Christus
humanitatem, non in terra: sed probatio
illa non conuenit. Nam quod mox sequi-
tur, In cœlestibus, non eo tendit, ut Dei
dexteram cœlo includat: sed vt sciamus
Christum eo altitudinis erectum esse, vt
in cœlesti Dei gloria, in beata immortaliti-
tate inter Angelos summum fastigium
obtineat.

Super omnem principatum & potes-
tam & virtutem, & dominationem &
omne nomen, quod nominatur (super
omnes Angelos, quorum ordines & gra-
dus

dus distinctos esse indicat) & super omnes
quod nominari sublime & excellens po-
test, quocunq; nomine censeatur. nihil
enim est, quod non subiectum sit poten-
tiæ & maiestati Christi, præter eum qui
omnia ipsi subiecit. Non solum in hoc
seculo, verum etiam in futuro. est enim
regnum Christi æternum, vt Esa. 9. Pater
futuri seculi nominatur.

ET IPSVM POSVIT CAPVT su-
per omnia (supremum Gubernatorem
& Salvatorem) ecclesiæ, quæ est corpus
eius, & complementum eius, qui omnia
in omnibus implet,

Est autem CAPVT Ecclesiæ Christus,
quod ad principium & fontem vitæ, or-
dinem, dignitatem, regnum, sacerdoti-
um, meritum & efficaciam attinet. Ut
enim sol, toti mundo & omnibus rebus
nascentibus, lucem & calorem viuificum
impertit: ita ex sole Iustitiæ & capite
Christo, velut fonte augusto & perenni
vitam, lucem & salutem aeternam, omnia
totius ecclesiæ membra haurimus. Vi-
tum enim in homine cor, fons vitæ, transfun-
dit vitam in omnia membra corporis;
eaq; spiritu ex se emisso sibi copulat, vt
omnia viuant vita communis: ita λόγος
απομένου

āterni patris, hauriens vitam
ab āterno patre, viuiscat & suam massam
in virgine assumptam, & ex eadem massa
sua spiritum similem emittit in credentes,
fide sibi insertos, ut in illis accendatur
similis lux, iustitia & vita conformis
Deo.

Deinde primus Doctor & custos est
ecclesiae, sua intercessione, voce euangelij
a se primum patefacta, merito, efficacia &
donis collectae & seruatæ, & P R I O R est,
omnibus cæteris persona, vocatione, offi-
cio, & potentia: non tantum quia natura
D e u s est, verum etiam quod Natura
humana assumpta, in gradu gloriæ, lucis,
potentiae, beatitudinis & lœtitiæ omnibus
creaturis, Angelis & hominibus beatis an-
tcellit. R a x est Ecclesie suæ, colligens
affidue & seruans in genere humano cœ-
tum recte Deum agnoscetem & colen-
tem, eumq; aduersus omnium Diabolo-
rum & Tyrannorum furores protegens,
liberans & saluans. Est summus S A C E R-
D O S immediate proferens Euangeliū
ex sinu āterni patris, & colligens ecclesi-
am ministerio euangelij, assidue interce-
dit pro ecclesia apud āternum patrem, &
aduocati ac patroni munus obiens, sui sa-
crificij

criticij efficaciam Ecclesiæ applicat. Præterea merito C A P V T est Ecclesiæ, quia sola ipsius obedientia ἀύτεον est redemp-
tionis generis humani, & plenissimus
thesaurus bonorum & donorum, quae ex
Christo capite in reliqua membra corpo-
ris Ecclesiæ effunduntur. Postremo Effic-
acia, quia immediate per ministerium
euangelij & sacramentorum propria po-
tentia efficax est, accedit Fidem, docet,
consolatur, sustentat & viuisificat sua mem-
bra, dat Spiritum sanctum, protegit & de-
fendit ecclesiam, & resuscitatam ex morte
ornabit vita & gloria æterna.

Philip. 2.

Præcipue etiam ad huius articuli de-
Sessione seu Regno & Maiestate Christi
ad Dexteram Patris declarationem, Pauli
concio Philip. 2. pertinet, Iesum Christum
factum obedientem usque ad mortem
mortem aut crucis, D E U S S U P R E X A L T A-
V I T, in summam sublimitatem & supremam
dignitatis & gloriae fastigium, etiam secundum
humana naturam, qua humiliatus,
crucifixus & mortuus est, ad dexteram suam
euxit. De templo enim corporis sui
loquitur & non de divinitate. Quia non
altissimus exaltatur, sed caro altissimi ex-
altatur, & carni Altissimi dedit nomen iud.

Ita, inquit Athanasius contra Apollinari-
 um, fol. 530, & Oratione 2. contra Aria-
 nos. ET DEDIT EI, EX APIONE, ex gra-
 tia dedit ac donavit homini Christo,
 quod Deus ab æternō habebat. NOME
 QVOD EST SVPER OMNE NOMEN.
 summam & ineffabilem ac diuinam glo-
 riā, qua hic homo Christus, pro nobis
 crucifixus & mortuus agnoscitur, & præ-
 dicatur in vnitate personæ verus Deus &
 dominus omniū, & Rex ac Saltator Ec-
 clesiæ vnicus, Act. 4. Non n. est aliud no-
 men sub cœlo datū hominib. in quo oport-
 eat nos saluos fieri, nisi nomen Domini
 Iesu. Eci autem hoc nomen & gloriam ..
 Domini & Saluatoris nostri habuit a pri- ..
 ma conceptione: tamen in his terris sub ..
 carne & cruce velut abscondita latuit, do-
 nec post depositionem infirmitatum hu-
 ius vitæ & ascensionem in cœlos ad dex-
 tram AEterni Patris se se palam exerit &
 in omni mundo per ministerium Eu-
 gelij celebratur, & in extrema die & om-
 ni æternitate palam conspicietur. Ioh. 17.
 Ut videant gloriam meam. Vt IN NO-
 MINE IESU OMNE GENUS FLECTA-
 TUR CELESTIVM, TERRESTRIVM
 ET INFERORVM. Esaiæ 45. Rom. 14.

Omnis

Omnes sistemur coram tribunali Christi.
 Adoratur autem Christus, non tantum
 secundum diuinam & æternam natu-
 ram, verum etiam ut R. & x, Saluator, re-
 demptor, mediator & caput Ecclesiæ, vi
 Apoc. 5. tota Ecclesia cœlestis procidunt
 coram agno Christo, habentes phialas au-
 reas plenas odoramentorum, quæ fun-
 precationes sanctorum, & canunt canti-
 cum nouum: Dignus es: quoniam macer-
 tus es & redemisti nos Deo per sanguinæ
 tuum &c. Hæc præsentium Pauli verbo-
 rum certissima interpretatio est, quæ om-
 nes angelos & sanctos in cœlis & omnes
 in terra & sub terra homines & diabulos,
 siue volentes siue inuitos, huius Domini
 maiestatem & imperium agnitos &
 sensuros esse affirmant, V T OMNIS LUX
 GVA, omnium linguarum populi CON-
 FITEBANTVR, QVOD DOMINVS IR-
 SVS CHRISTVS, Quod hic Iesus sit
 IHOGVA vere & natura D AVS a seipso
 existens, & ab æterno subsistens secun-
 dum diuinam naturam, & secundum
 humanam etiam naturam tradita ipso
 mini potestate in cœlo & terra, factus sit
 Dominus gloriose regnans in Ecclesia &
 toto mundo, in cœlo & terra & abylio,

& omnia sub pedibus subiecta habeat.
 IN GLORIAM PATRIS, id est, ut Dei
 æterni Patris bonitas, Iusticia & misericor-
 dia glorificetur, vel IN GLORIA PA-
 TRIS diuina, lucente & radios diuinæ ma-
 iestatis & omnipotentiae suæ, teatos tem-
 pore exinanitionis sub infirmitate & eris-
 ce, post exaltationem, in & per naturam as-
 sumptam clarissimè spargente & plenè se
 manifestante. Hæc testimonia, Exaltatio-
 nem Christi ad Dexteram patris, Quam
 MAESTATEM hominis Christi ex
 Heb. 1. 8. & Glorificationem seu GLORI-
 AM Christi, ex Ioh. 17. Luc. 24. 1. Tim. 4.
 Matth. 19. 24. 25. & alijs scripturæ locis no-
 minamus; (patres Ἰωάννη seu Deificatio-
 nem sæpè appellant) perspicue describunt.
 quorum sententiam & summam, in cer-
 tas velut classes distributam, velut per ἀ-
 ναχεφαλαιώσιν breuissimè repetam.

Sunt enim GLORIA ET MAIE-
 STAS, à magnitudine nomen habens, vo-
 cabula Relatiua, Quorum Fundamen-
 tum est, Magna & excellens dignitas &
 præstantia personæ, honoris, potentiae,
 virtutum & omnium bonorum & dono-
 rum diuinorum, quibus præ omnibus
 P angelis

angelis & hominibus cæteris Christus homo ornatus est. Terminus est agnitus & prædicatio totius Ecclesiæ , tribuentis Christo homini hanc Maiestatem & gloriam, ut eum in unitate personæ Filij Dei, verum Deum & seruatorem generis humani, & summum sacerdotem , Dominum Regem, & Caput Ecclesiæ suę agnoscat, & una eademq; adoratione invocet, colat & veneretur.

Consistit autem hæc Maiestas seu Gloria hominis Christi in tribus Gradibus: Gratia habituali : Gloria officij : & Gratia unionis. Primum igitur Fundamentum Maiestatis est Immensa Magnitudo Donorum spiritualium & virtutum ac bonorum omnium, cœlestium & diuinorum, quæ in Christum hominem, cui non ex mensura dat Deus spiritum , cumulat effusa, & quibus Humana Christi natura in se, ac secundum se , præ omnibus Angelis & hominibus ornata & perfecta est. Esa. ii. Requiebet super eū spiritus Domini , Spiritus sapientiæ & intellectus, consilij & fortitudinis, scientiæ & pietatis & replebit eum spiritus timoris Domini, & iudicabit in iusticia pauperes, & erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cunctorum renū eius. Quæ Prophetæ verba

Non solum de personali Divitatis, quae est Spiritus sapientiae &c. inhabitatione, verum in primis de Habitibus virtutum & donis in humana natura velut in subiecto inherentibus concionari manifestum est.

Hæc dona sapientiae, lucis, iustitiae, fortitudinis, lætitiae, vitae & cæterorum honorum seu Gratiarum ineffabilia & inexhausta, in Christum fontem salutis nostræ augustum & perennem plenissime effusa sunt, ut ex plenitudine ipsius capitum in omnia reliqui corporis membra deriuarentur. Ioan. i. Plenus Gratia et Veritate. Ex plenitudine eius nos omnes acceperimus. Psal. 45. Speciosius forma præ filii hominum, effusa est Gratia in labiis tuis scilicet. Vinxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiae præ consortibus tuis, vel propter confortes tuos. O uncte æterni lœto spiramine patris, Gnate Dei socios ungito Christe tuos. Col. 2. In Christo omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi sunt. Quod etsi de tota plenitudine Sapientiae & scientiae, quae est perfecta suæ ipsius essentiae & voluntatis divinæ, & omnium causarum & rerum creatarum notitia, de qua statim additur, in Christo omnem plenitudinem Deitatis habitare

P. 2 , perso-

personaliter; recte quidam accipiunt: alij de sapientia Euangelij seu arcani confiliij, de redemptione ex sinu patris per Christum prolata intelligunt: tamen ad scientiam creatam seu inditam & lumine de super menti infuso accensam scholastici accommodant: qui quatuor gradus scientiae in Christo ponunt, Diuinam, Beatam, Infusam, & Adquisitam seu Experimentalem, vt ex ipsorum disputationibus cognosci potest.

Quod autem Lucas, IESVM proficisse sapientia, ætate, & Gratia, apud DEVM & homines scribit, simplicissime intelligatur, Dona illa spiritus sancti, & virtutes omnes, à DEO in Christum, non ad mensuram effusas, etiamsi ab ipso natiuitatis suæ momento, anima Christi summas & perfectissimas in se habuerit: tamen quò ad ἀνέρας, seu actum & usum, sensim creuisse, & paulatim magisq; se exeruisse, & subinde in alijs nouis & pluribus obiectis se manifestasse, pro ut diuinæ ipsius voluntati visum fuit.

Species etiam & discrimina donorum his Lucæ verbis quidam discernunt, qui puerum Iesum, Spiritu, hoc est, spiritibus

libus & divinis, non naturalibus tantum
seu physicis dotibus: videlicet spirituali
sapientia, seu luce diuina in Mente, subin-
de se clarius & illustrius exerente, & Gra-
tia seu Donis & virtutibus omnibus
Gratis datis in voluntate & corde imple-
tum: & ἡλικίᾳ statura, omnibusq; cor-
poris dotibus creuisse testatur.

De ignorantione diei & horæ extremi
Iudicij, quam Marcus filio Dei tribuit:
scio multas multorum interpretationes
extare. Sed in simplicissima hac explica-
tione a præceptore meo Philippo tradita
adquietco. Filius in quantum missus ad
ministerium Euangeli, profiteretur ea se
scire, quæ mandauit pater exponi, sicut
ipse inquit: Iohan. 12. Qui misit me pa-
ter, mandatū mihi dedit: ἀς λαλῶ εγώ,
καθὼς εἰρηκέ μοι ὁ πατήρ, έτις λαλῶ.
Nescit alia arcana, id est, nobis ea nescit,
quia non vult eum pater alia profiteri ex-
tra mandatam reuelationem Euangeli.
Non exponit, quare Alexandro tribuerit
Monarchiam, non Croeso. Hæc nihil ad
euangelium pertinent, & sunt extra man-
data, quæ accepit. Talis est responsio
Christi, de die & hora conflagrationis

mundi. Scio & alias responsiones de discrimine naturæ diuinæ & humanæ dari, quibus si quis mauult uti non repugno. Sicut alibi dicitur: Creuisse sapientia & ætate, quod à multis ita enarratur: Et iam si fulsit diuinitas in natura humana? tamen c quando voluit, & pro vt voluit) aliter fulsit in infirmitate assumpta, aliter in grandiori ætate, aliter in passione, aliter in lætitia. Simus etiam contenti mediocri enarratione in explicatione harum rerum arcanarum. Gregorius episcopus Romanus in epistola ad Eulogium pater. Alexandr. eodem fere modo enarrat: De eo quod scriptum est, quia diem & horam, neq; filius neq; angeli sciunt, rete V. S. sensit, quod more humano Deus loquitur, sicut ad Abraham dicit: nunc cognoui quia times Deum, non quia se Deus tunc timeri cognouerit, sed quia se tunc eundem Abraham fecit agnoscere, quod Deum timeret. Ita hic dictum est, non quod ipse nesciat diem, sed quia hunc scire minime permittat. Verum & hoc intelligi subtilius potest; quia incarnatus v-nigenitus: factusq; pro nobis homo perfectus; in natura quidē humanitatis non it diem & horam iudicij: sed tamen hunc non

non Ex natura humanitatis nouit. Quod ergo In Ipsa nouit, non ex ipsa nouit: quia Deus & homo factus, diem & horam iudicij, non nisi per Deitatis suæ potentiam nouit.

Sed ad institutam ἀνακέφαλαιωσιν doctrinæ de Exaltatione & Gloria Humanæ Christi naturæ redeo. Quæ, omnibus alijs hominibus, hac prærogatiua antecellit, quod non solum de spiritu Sancto, absq; virili semine, concepta, & omnis peccati & labis expers, nata est: verum etiam tota plenitudine donorum spiritus sancti, quæ tam habitu quam actu: tam numero quam gradibus omnium Angelorum & hominum electorum donis præstant implera, & post resurrectionem, omnibus humanis infirmitatibus depositis, ineffabili & incomprehensibili luce, sapientia, vita, lætitia, fortitudine, potentia, immortalitate, beatitudine, felicitate, honore & gloria diuina, super omnes creaturas, & super omne nomen, quod nominatur, ornata, & ad dextram Dei patris omnipotentis erecta est.

Deinde, non solum in his terris Socia & particeps fuit mirandi & summi operis Redemptionis generis humani, & vi-

ctoriae ac triumphi Filij Dei de contrito
capite serpentis, & regno peccati & mor-
tis destructo (Nam passio & mors hu-
manæ Christi naturæ vnicum sacrificium
& λύτρον est pro peccatis generis huma-
ni, & Filius Dei per carnis suæ mortem
destruxit eum , qui mortis habebat impos-
tum , & sanguine suo nos ab omni pec-
cato emundat, & carne sua viuifica mun-
do vitam tribuit) verum etiam nunc per-
acto tedemptionis opere , ad Dexteram
Dei patris omnipotentis considens, per-
petuum Mediatoris, Summi Sacerdotis,
Regis, Iustificatoris, Saluatoris, & CAPI-
TIS ecclesiæ officium, in unitate personæ
cum Filio Dei administrat, colligit, ser-
uat, defendit ecclesiam, intercedit & orat
pro nobis apud æternum patrem , & sa-
crificij ac meriti sui efficaciam nobis ap-
plicat ; consolatur & sustentat corda in
veris doloribus, liberat à peccato & mor-
te , & dat iustitiam ac vitam æternam, sic
ut definitiones & officia Mediatoris, Re-
gis, Sacerdotis & Capitis Ecclesiæ , supra
mediocriter euoluta sunt. vbi hæc διατε-
λέσθαι seu opera & effecta Mediatoris,
& Regni ac Sacerdotij Christi , à Christo
secundum utramq; naturam, agente vtra-
que

que natura , cum communione alterius
quod suum est , administrari & effici de-
claratum est.

Præcipuus verò & summus Gloriæ &
maiestatis Humanæ Christi naturæ gra-
dus est , GRATIA VNIONIS , quod
AEternus Filius Dei eam sibi in personæ
vnitatem ἀνέτιως , ἀσυγχύτως , ἀχωρί-
τως . καὶ ἀδιασάτως , assumit : Ita ut verè
credamus & prædicemus , hunc Homi-
nem Christum esse verum Deum : Chri-
stum Mariæ Filium , esse Filium Dei vi-
uentis . Hic honor nulli Angelo aut ho-
mini à Deo tributus est . Etsi enim adest
Deus sanctis , non tantum ut cæteris crea-
turis , essentia , potentia , efficacia , eas fu-
stantans & seruans : Vcrum etiam sua lü-
ce & sapientia eos illustrans , regens , sancti-
ficans , & multa in eos dona sua effun-
dens , & per eos efficaciter operans , tamen
nulli eorum Deus personaliter vñitur , vt
dicere possim , Elias , Paulus est Deus . De
hoc primo & summo Maiestatis Gradu
loquuntur dicta de vniione duarum in
Christo naturarum superius collecta , ex
quibus maxime illustre est hoc Pauli
Col. 2. In Christo habitat tota plenitudo
Deitatis corporaliter , hoc est , non tantum

P 5 essentia ,

essentia, potentia & particularibus donis
creatis, quantumvis multis & magnis
sed ita ut Filius Dei, qui est plenus & per-
fectus Deus, huic proprio tuo corpori leu-
Carni assumptæ personaliter vnitus sic,
cui non aliqua tantum dona, ut Eliæ aut
Paulo, sed totam plenitudinem diuinæ
maiestatis, sapientiæ, bonitatis, miseri-
cordiæ &c. per gratiam vniōnis impertit,
ut ex hac plenitudine Christi capitis, nos
omnes velut eiusdem corporis membra
Gratiam & veritatem & omnia ad salu-
tem nostram pertinentia per Πρωτογενή-
σιν, ἐνέργειαν καὶ τάχησιν, per submini-
strationem efficaciam & impletionem
eius, qui omnia in omnibus adimplet,
hauriamus.

Deinde per & Propter hanc persona-
lem Vnionem Homini Christo omnes
etiam Diuinæ Maiestatis proprietates &
Idiomata verè & realissimè communi-
cantur & tribuuntur, ita ut verè credam
& profitear Hominem Christum, esse
omnipotentem, omnisapientem, omni-
scientem, omnipræsentem, creatorem &
conseruatorem cœli & terræ &c.

Ideoq; Soli Deo conueniens Honos
Fidei, Inuocationis & cultus religiosi,
Domino

Domino nostro Iesu Christo, ab omnibus
 creaturis, Angelis & hominibus tribuitur,
 ita ut una & eadem λατρεία &
 adoratione, unus & idem Christus Deus
 & homo, ex duabus & in duabus natu-
 ris subsistens, invocetur & Glorificetur.
 Non quod diuina natura seorsim & sola
 in precando compelletur, Caro autem
hypote creatura, et si in unitatem perso-
 nae cum Filio Dei coaluit: tamen alio
 modo seorsim sola θεοδύλεια colen-
 da, vel coadoranda & conglorificanda
 sit Dei verbo: sed una & eadem adoratio-
 ne unus & idem Filius Dei Dominus
 noster Iesus Christus, Deus & homo, ex
 diuina & humana natura constans, inuo-
 candus & colendus est. sicut exempla In-
 vocationis Thomæ, Dominus meus, &
 Deus meus, & Stephani, cum Filium ho-
 minis stantem ad dexteram Dei compel-
 lat: Domine Iesu fuscipe Spiritum meum.
 & totius Ecclesiæ Psal. 45. 72. 97. 99. Esa.
 11. &c. ostendunt. Quod autem obijcitur
 Nulli creaturæ tribuendum esse hono-
 rem Deo competentem: quia scriptum
 est: Gloriam meam alteri non dabo,
 Dominum Deum tuum adorabis. Sed
 carnem Christi esse creaturam, Ideoque
 una λατρεία cum diuinitate non colen-

dam nec iuuocandam esse. Respondeo ad probationem Maioris. Caro Christi in unam cum Filio Dei personam assumpta, non altera a Filio Dei, sed una & eadem cum ipso persona est. Non igitur altera a Deo distinctae personae, gloria adorationis Dei propria, sed vni & eidem persona Filio Dei & Mariæ in diuina & humana natura subsistenti ab ecclesia tribuitur. sicut Athanasius inquit: *Ιεός οὐαθρωπός τοιούτος τελεούμενος ὁ αὐτὸς εὐάγγελος της μακραίας οὐαθρωπός, Φύοντος δὲ καὶ σοιαὶ αὐτὸς Ιεός.*

Chrysostom. Ebr. 1. Christum secundum carnem iussit pater ab Angelis adorari. Idem Ebr. 2. Homilia 5. Reuera magnum & admirabile & stupore plenum est, carnem nostram sursum sedere & adorari ab Angelis. Hæc mete versans εὐχαστι-
patior & magna de genere humano cogito. Cyrillus de recta fide ad Reginas. Si quis dicat inadorabilem Domini nostri carnem ut hominis, & non adorandam, ut Domini & Dei carne, hunc anathematizat sancta & Catholica Ecclesia. Ambrosius lib. 3. ca. 12. de Spiritu sancto. Illa terram Propheta dicit adorandam, quam Dominus Iesus in carnis assumptione suscepit. Itaq; per scabellū terra intelligitur,

Per terram autem Caro Christi, quā hodie
quoq; in mysterijs adoramus, & quam
Apostoli in Domino Iesu adorarunt. Ne-
que enim diuisus Christus, sed unus.

Idem August. Psal. 98. sed maximē
perspicue & luculentē Serm. 58. de Tem-
pore, perfractat. At dicent. Quid est, quod
carnem eius, quam creaturam esse non
negas, simul cum diuinitate adoras, atq;
ei non minus quam diuinitati deseruis?
Respondeo. Ego Dominicam carnem, “
imo perfectam in Christo humanitatem “
propterea adoro, quod à diuinitate sus- “
cepia & deitati unita est, ut non alium
atq; alium, sed unum eundemq; Deum &
hominem Filium Dei confitear.

Sic Patres de Diuina Maiestate &
Gloria, Humanæ Christi naturæ, per
Gratiam uisionis, verè & re ipsa commu-
nicata, ita vt vere eam In Se tanq; in pro-
prio templo lucentem & operantem ha-
beat, nec tamen in diuinam naturam
contuersa, aut illi exæquata sit, magno
consensu loquuntur. Origenes lib. 2.
τοῦ θεοῦ. In anima Christi non fuit
Gratia spiritus tantum, vt in Prophetis,
sed ipsius λόγος In ea substantialis in-
erat plenitudo.

Basilus

Basilius *eis rūdū ἀγίας & Χεισσώνον.*
 Deitas est IN CARNE; sicut ignis est
 in ferro, & μεταλλικῶς ἀλλὰ μεταδο-
 κῶς, non transituē sed distributiūe, non
 enim excurrit ignis ad ferrum, sed ma-
 nens in loco distribuit ipsi propriam fa-
 cultatem, & paulò post. Quomodo igi-
 tur Deus verbum corporea debilitate
 non impletum est? dicimus, velut neq;
 ignis ferrī proprietates transsumit. Ni-
 grum est ferrum & frigidum, sed tamen
 ignitum, ignis formam induit, & ipsum
 illustratur & candefit, non nigrefaciens
 ignem, & ipsum inflammatur, non ni-
 grefaciens flammarum. sic sanè etiam hu-
 mana domini caro, ipsa facta est parti-
 ceps Deitatis, non suam propriam tradi-
 dit Deitati imbecillitatem.

*Contra A-
rianum.*

Epiphanius. Caro à Maria & ex no-
 stro genere existens, transfigurabatur in
 gloriam, acquirens gloriam Deitatis, ho-
 norem, perfectionem & gloriam cœle-
 stem, quam caro non habuit à principio,
 sed accepit in coniunctione Dei verbi. In
 Ancorato: Non fecit confusionem na-
 turarum, nec humanam naturam abole-
 uit, sed corpus terrenum vñā cum diui-
 nitate

nitate potens efficiens, in unam virtutem
seu potentiam vniuit, unus existens Christus, non duo.

Athanasius. In se quam assumisit, glorificabat naturam, ut humana caro atque
natura diuinam proficerit in gloriam, ita
ut omnem potentiam habeat in celo &
in terra, quam antequam a verbo assumetur, non habebat.

Gregorius Nyssenus contra Eunomium: Evexit unitum hominem per unitatem ad propriam celsitudinem.

Leo Epist. 51. Forma serui in gloriam
divinae potestatis erecta est, in tantam
unitatem ab ipso conceptu virginis deitate & humanitate connexa, ut nec sine
homine diuina, nec sine Deo agerentur
humana.

Eusebius. Verbum ex seipso sua com-
municabat homini, non autem vicissim
ex mortali, ea, quae ipsius sunt, in se reci-
piebat. Et diuinam quidem virtutem
mortali subministrabat, non autem vi-
cissim ad consortium mortalitatis natu-
ra verbi detracta est.

Cyrillus Thesauro. ut homo per gra-
tiam a Deo accepit, quae ut Deus natura-
liter habuit. Item de dicto Ioan. 17. Pater Lib. 10.
glorifica

Lib. 4.
διποδειξ.

Lib. 8.

Lib. 10.

glorifica me ea gloria, quam habui apud te, antequam hic mundus fieret. Paternam gloriam, in Hominem quem assumuit, pertendo ut Homo, traducit.

Lib. 12.

Natura nostra à filio Dei assumpta mensuram suam excessit, & in conditio nem assumentis eam per gratiam transla ta est.

Sic in Ioanne passim, Carnem Christi, per unionem cum verbo, vivificam efficiam esse demonstrat. Quamuis enim na tura carnis ut caro est, vivificare nequeat, facit tamen hoc, quia totam verbi opera tionem suscepit. Corpus est enim non cuiusvis hominis, sed ipsius vitæ corpus, in quo Deitatis plenitudo corporaliter habitat. Nam si mel, cum naturaliter dulce sit, ea dulcia facit, quibus immiscetur, non ne stultum erit vivificam verbi natu ram putare, non dedisse homini, in quo habitat, vivificandi virtutem. Quas ob res caro cæterorum omnium nihil pro dest. Christi autem caro, quia in ipsa vi genitus Dei filius habitat, sola vivificare potest.

Ad Theodo-
sium.

Ad Succes-
sium.

Item. Verbum suæ naturæ bona pro prio corpori solet communia facere, ut possit vivificare mortuos. Item. Dei pro prium

Primum corpus existens omnia humana
transcendit.

Damascenus. Caro Domini diuinis *L. 3. c. 17.*
operationibus ditata est propter purissi-
mam cum verbo vniōnem.

Caro communicat diuinitati verbi *Cap. 19.*
operanti, eo quod tanquam per organon
corporis efficiantur diuinæ operationes,
Mens communicat diuinitati operanti,
OMNIA INTELLIGENS, cognoscens,
& administrans, non ut nuda hominis
mens, sed ut Deo vniata, & Dei mens
existens.

Theophylactus, Igitur sanctum Chri- *In Ioannis*
sti corpus indiuisibile est, & diuiditur, & *19.*
communicatur in quatuor partes orbis.
Usum præbens singulis, & vniuscuiusq;
animam sanctificans, cum corpore per
suam carnem, vniogenitus & integer in o-
mnibus est, existens ubiq;

Athanasius. Sicut anima in corpore, *Dial. 5.*
ita Deus verbum vnius humanitati, edit
Prodigia, non separatus à Natura assüm-
pta, sed placuit ei per ipsam, in ipsa, & cum
ipsa, potentiam suam diuinam exercere.
Item, facit eam, supra quam ferat ipsius
Natura, perfectam, nec tamen prohibet
eam animal esse rationale.

Q

Idem

Idem. Deus eum superexaltauit, &
donauit illi nomē super omne nomen, de
tēplo hęc dicit, quod est corpus eius. Non
in excelsus exaltatur, sed caro exaltatur,
excelsi: & carni excelsi donauit nomen,
quod est super omne nomen, & θεός
Dei non accepit per gratiam, ut vocaretur
Deus, sed caro eius Deificata est.

Sic enim tota Antiquitas locuta est,
ut Gloriam & Maiestatem, Humanę
Christi naturę, Gratia vñionis commu-
nicatam, DEIFICATIONEM nomina-
ret.

Nazianzenus. οὐ γέλθων ἃ θεὸς μή τῆς
οὐρανίης ψευστῶν, εὐ δύο ταῦτα χαρτίαν, οὐρ-
άντος, καὶ πνεύματος. ὡν δὲ μὴν ἐγένετο,
τὸ δὲ εἰράθη. ὡς τῆς κακῆς μίζετος, ὡς τῆς
παραδόξης καργίσεως. Procedens autem
Deus cum natura assumpta, VNUM ex
duobus contrarijs, CARNE & SPIRI-
TU: quorum hoc quidem deificauit: il-
lud vero Deificatum est. O nouam mixti-
nem: o admirandum temperamentum
&c.

Athanasius ad Epictetum. Solus Ema-
nuel appellatur, veluti corpore diuinata
plenō ac proinde Deificato. Orat. 4. in
Arianos.

Arianos. Humanitas in sapientia prosecit,
Deificata nimirum. Itēti. Nisi opera Dei-
tatis verbi per corpus patrata fuissent,
nunquam homo deificatus fuisset. Item
de salutari aduentu Christi. Natura hu-
mana in Christo erat supra Homines ac
Deificata.

Iustinus *δορθεών*, Eusebius *σωματι-
θεών* nominat. ac eandem loquendi for-
mam Damascenus etiam aliquoties usur-
pat & explicat lib. 5. cap. 17. quod vide-
licet non conversio vel transmutatio
naturae humanae in diuinam, nec confu-
sio, aut exæquatio, sed personalis duarum
naturarum vno significetur, propter
quam de homine Christo prædicemus
quod sit Deus. Itaq; ut respectu assum-
ptæ carnis, Incarnatio *έσπερωσις καὶ*
έναρθρωσις: ita respectu unitæ Deitatis
λόγος, Deificatio, *θεωσις*, *καὶ λόγωσις* ap-
pelletur. nam vt Verbum caro factum,
a propriæ diuinitatis terminis non recessit:
sic Caro Deificata, seu Deo verbo
unita, propriam naturam non amisit.

Deinde, vt ignis ferrum penetrat &
vndiq; ei miscetur, & vim lucendi ac
vriendi ferro impertit: Sic Deus *λόγος*

Q. 2 allum-

assumptam à se naturam permeat, & lu-
cet in ea tota, & cneγγίας suas liberrimè
exercet, quod ῥειχάγησιν Damascenus
appellat, ut in vnionis personalis descri-
ptione supra monui. Caro enim Domi-
ni, diuinis operationibus ditata est, pro-
pter purissimam ad verbum vnionem,
id est hypostasin, nequaquam naturalium
proprietatum excidentiam sustinens.
Non enim secundum propriam operati-
onem, sed propter vnitum sibi verbum
diuina operatur, verbo per eam propri-
am manifestante operationem. Nam &
vrit ignitum ferrum, non naturali ratio-
ne vltiuam possidens actionem, sed ex-
nione ignis ad ferrum illud obtinet.

In vniuersum autem, de omnibus his
scripturæ & patrum, Humanæ Christi
naturæ Maiestatem & Gloriam explican-
tium testimonij, hæc Regula, velut Gno-
mon & amussis tenenda est : **GLORIA**
HUMANITATEM NON TOLLIT,
SED EXTOLLIT : NON INTERFI-
CIT, SED PERFICIT. Item, **CHRI-**
TIVS CARNI SVÆ GLORIAM DE-
DIT, NATVRAM NON ABSTVLIT.
Perpetuum enim discrimen, in hac miran-
da vnione, diuinæ & æternæ naturæ con-
ditricis,

ditricis, & humanæ naturæ creatæ, sed per
vnionem personalem, & exaltationem ad
dexteram Dei, super omnes Angelos &
homines cœctæ , nec tamen cum diuina
natura exæquata, multo minus à diuina
absorptæ & deletæ, seruandum est. cùm
in vnione personali non confusio nec ex-
æquatio, sed miranda & ineffabilis copu-
lacio duarum naturarum in filij Dei hy-
postasi ἀργέσιως, ἀσυγχύτως, ἀδιαγρέτως,
ἀκείσιως facta sit, ita ut secunda perso-
na diuinitatis, Λόγος Ἰησοῦς, Deo patri
ἴμοσος, & natura humana in vtero
Mariæ virginis assumpta, nobis Homini-
bus īμοσος, vnam tantum personam,
seu vnum individuum Christum ex dua-
bus & in duabus naturis subsistente con-
stituant, propter quam vnionem, & com-
munionem naturarum arctissimam, pro-
prietates etiam omnes & actiones , quæ
alteri tantum naturæ originaliter congru-
unt, toti personæ Christi , in concreto ve-
re & re ipsa communicentur. neq; enim
alia quam realis communicatio Idionia-
tum, quæ quidem vera sit, in persona
Christi esse potest.

Mediatoris verò, Sacerdotis, Redem-
ptoris

ptoris & Regis appellationes & officia,
et si humanæ tantum naturæ Scholastici
quidam tribuunt: tamen cum redempti-
onis nostræ causa copulatio duarum na-
turarum facta sit: iuxta utramq; naturam
Christo δούλεσματα seu opera illa me-
diatoris & sacerdotij ac regni congruere,
& in sacris literis vere ac realiter tribui;
& utramq; Christi naturam, cum alterius
communione, quod cuiusq; proprium
est, in ijs efficiendis operari, non dubi-
um est.

Maiestatem & Gloriam humanæ
Christi naturæ, in unitatem Personæ à
Filio Dei assumptæ, & ad dextram Dei
Patris omnipotentis, supra omne no-
men, quod nominari potest exaltatæ; in
æterna Academia penitus perspiciemus.
Interea quæ expressis sacræ scripturæ testi-
monijs, Colof. 2. Ephes. 1. 4. Ioh. 5. 6.
2. 13. 17. Matth. 11. 28. Homini Christo
tribuuntur, non tantum dona creata &
ornamenta finita, verum etiam vitam
vitificantem seu liberantem a peccato &
morte, omnes thesauros sapientiae & sci-
entiæ, omnem potestatem in cœlo & ih-
terra, & iudicandi viuos ac mortuos &c.
non verbaliter tantum ac titulo tenus, sed
veræ

Verè & realiter ipsi data & communicata
esse (sita ut verè ea in se, tametsi non à se
habeat) firmissimè credamus, non quòd
assumptæ naturæ essentiales proprietates
factæ sint, vel quòd secundum se aut sub-
iectiùe humanitas, scorsim à λόγῳ illa
possideat (ut si vinum aut oleum ex uno
vase in aliud transfusum sit) sed ex unita
personaliter Diuinitate & λόγῳ, quæ Ex se
sola viuificatrix, omnipotens & omni-
scia est, verum In assumpta Humanitate
tota lucet, & in ea ac per eam liberè effi-
cax est, ut ferrum ignitum, calorem &
vim lucendi & vrendi verè & re ipsa com-
municatum in se, sed non ex se possidet.
nam hac similitudine totam antiquita-
tem orthodoxam vnanimiter usam esse
scimus.

Quod autem de ubiquitate quæritur,
Dominum & redemptorem nostrum
Iesum Christum Emanuelem, non mo-
dò diuinitate sua, verum etiam secundum
humanam naturam verè præsentem
adesse, vbi cunq; se verbo suo præsentem
fore promisit, non dubitemus, nec debi-
tam Christo veritatis & omnipotentie
gloriam auferamus. ubiquitatem vero il-
lam prodigiosam, qua corpus Christi co-

Q. * dem

demi modo, quo diuinitas immensa & infinita, ratione suæ essentiæ, aut proprietatis essentialiter communicatæ, ubiq; diffusum, & diuinitati coextensum, vel prorsus exæquatum esse singitur, toto pectore damnamus & execremur.

Verum curiosioribus disputationibus in futuræ vitæ scolam reiectis, multo rectius & melius est immensam erga nos bonitatem & misericordiam Dei, qui filium dedit, ut seruos redimeret, & præ desiderio & amore hominis, non solum sua, verum etiam se ipsum impendit, reuerenter & attente considerare; & beneficia Dei Emanuelis & redemptoris nostri grato corde agnoscere & fide amplecti, & in doloribus ac ærumnis omnibus cogitatione huius mirandi & arctissimi foederis, quod cum natura nostra Filius Dei fecit, se erigere & consolari, & tanto beneficio & honore lætari, & exultare, & Deum pijs laudibus & totius vitæ obedientia celebrare.

CAN,

CANDIDO LECTORI.

IOANN. FREDERVS.

Huc vsq; explicatio doctrinæ de persona & incarnatione FILII D^EI Domini nostri Iesu Christi, ante aliquot annos, publicis Recuerendi præceptoris ac soceri mei lectionibus deducta est. Cum autem Antithesis seu Refutatio Hæresēon desit, quæ inde a Christi nati & resūcitati temporibus, veram de persona Christi & duabus in ea naturis personaliter vnitis sententiam corruperunt: addidi qualemcumq; Indicem seu explicatiōnem controuersiarum, de persona Christi motarum, quam in Catechetica prælectione mea auditoribus in fine loci de filio D^EI aliquando tradidi. Quod meum studium & officium spero quibusdam auditoribus nostris, & alijs pijs ac bonis non ingratum fore.

Q,

INDEX

CONTROVER
SIARVM DE PER
SONA CHRISTI, IN
ECCLESIA PRÆCI-
puarum.

Rpons salutis nostræ, &
totius Christianæ religionis
ac fidei nostræ fundamen-
tum & basis est, Filius Dei
Dominus & redemptor noster Iesu
Christus: Semper itaq; Diabolus, su-
rens odio Dei & salutis generis humani,
sua organa in mundo habuit, quæ filio
Dei bellum intulerunt, & horribilia de-
persona & officio Christi disidia moue-
runt, ac duo hæc prima & antiquissima
Ecclesiæ cum Hæreticis certamina fue-
runt, vnum de natura & persona Meissia
filij Dei: alterum de officio & beneficijs
Christi. Sed veram de persona Domini
nostrri Iesu Christi doctrinam Tres præ-
cipue Classes & velut Acies Hæreticorum
omnibus temporibus oppugnarunt. Ali-
qui enim diuinitatem Christo ademe-
runt

runt, & Christum non natura Deum, sed
vel nudum & solum hominem excellen-
tibus donis diuinis ornatum, vel excellen-
tiorem creaturam, vel ipsum Deum pa-
trem incarnatum, & passum esse conten-
derunt, vt hodierno die Turcæ & Maho-
meistæ, omnes pertinaces Iudæi, Ethnici,
Ebion, Cerinthius, Theodotus, Artemon,
Paulus Samosatenus, Arius, Seruetus,
Blandrata, Syluanus.

Alij Humanitatem Christi veram im-
pugnantes, vt Simon Magus, Menander,
Marcion, Valentinus, Basilius, Cerdon,
Manichæi &c. finxerunt, Christum non
veram carnem humanam ex substantia
virginis Mariæ assumisse, sed tanquam
per canalem transiuisse. & apparuisse ho-
minem ή Φαττοία ή δοχήν & putatiū
passum esse, Apollinarius tisi verum cor-
pus Christo tribuebat, tamen Animam
rationalem ei ademit, vt pote cuius vicem
diuinitas Βλόγιος obiret.

Postremo nonnulli vniōnē perso-
nālē seu modum copulationis duarū
in Christo naturarū peruerunt, dum
vel personam separant, vel naturas con-
fundunt, vt Nestorius, Eutyches, Mono-
theletæ, Monophysitæ, & nostra ætate
Schvvenç

Schvvenfeldius & alij contagia similia
Entychianis & Nestorianis sparserunt.

Quod ad primum agmen Hostium
Filij Dei Diuinitatem prodentium atti-
net: non existimemus ab Ebione & Ce-
rintho primum post apostolos, blasphem-
ias illas in filium Dei ortas fuisse: sed
mox ab exordio Ecclesiæ, edita promissi-
one de semine mulieris Christo vindice
& custode generis humani, non dubitum
est Cainum & ipsius asseclas, doctrinam
de diuinitate & beneficijs Messiae irritam
abieciisse: sicut postea in maxima parte
generis humani apud Ethnicos memo-
ria promissionis de Christo deleta fuit, &
in populo Israel summi Doctores, Phari-
sæi & Sadducæi palam negarunt diui-
nam in Christo naturam futuram esse, sic
ut Christum ipsum hoc praetextu ad
supplicium crucis depositum, quod bla-
phemus esset, qui se filium Dei, seu verum
Deum esse affirmaret.

Post resurrectionem inter amplexos
doctrinam Christianam, primi Ebion &
Cerinthus, viuente adhuc Iohanne Apo-
stolo in Asia, & post hos Theodosius By-
zantius, & Artemon Phrygius, & alij
docuerunt, Christum non exitisse, ante-
quam

quam ex Maria nascetur, sed tunc pri-
mum cœpisse cum ex Maria natus est, &
purum ac nudum hominem fuisse: De-
um autem appellari, non ratione diuinæ
naturæ personaliter viritæ, sed ratione ex-
cellentiæ, officij & donorum diuinorum,
sicut magistratus Dij vocantur, & sicut
Moses Deus Aaronis nominatur. Hos
perspicue restituant testimonia, quæ affir-
mant personam Christi & diuinam in eo
naturam extitisse & substitisse, antequam
ex Maria nascetur. Ioh. 8. Priusquam
Abraham natus esset, E G O s v m . 1. Cor.
10. Comitabatur Israélitas in deserto petra
Christus. Ioh. 17. Glorifica me ea gloria,
quam habui apud te ante constitutionem
mundi. Rom. 9. Ex quibus est Christus
secundum carnem, qui est super omnia
D a v , benedictus in secula. Deniq; ad
hos restitandos Iohannes principium
euangelij sui præcipue direxisse scribitur.
In principio erat verbum, & verbum erat
Deus, per quod omnia condita sunt,
quod verbum postea caro factum, in no-
bis habitauit &c. Etsi autem ingeniosis &
concinnis præstigijs postea Paulus Samo-
fatenus, Antiochiae episcopus, & post
synodum Nicenum Photinus Syrmie-
sis

sis, & nostra ætate Michaël Seruetus Arago testimonium Iohannis eluserunt, & λόγον in Iohanne, non λόγον ἀπάδη, seu personam subsistentem, sed λόγον ἀριθμητὸν η τερπολικὸν η ἁγιὰν, id est, cogitationem seu propositum patris, seu vocem prolatam & sonum euanescētem, significare disputatione: tamen illa ipsa Iohannis concio has præstigias refutat, cum inquit, mundum per Christum conditum esse. Atqui mundus non est per humanam Christi naturam, quæ post 3960. annos primum ex virginē Maria originem duxit, conditus. Ergo necesse est in Christo natu-
to ex virginē esse & manere diuinam na-
turam conditricem, de qua Coloss. 1. di-
citur, Omnia per Christum condita sunt.
Et Ebr. 1. Nouissimè locutus est per Fi-
lium, per quem & secula fecit. Hæc testi-
monia perspicue conuincunt, Christum in-
fuisse, antequam naturam humanam in-
dueret, vere & natura Deum creatorem.

Altera cohors primæ huius aciei sunt
Basilides & ipsius sectatores, & postea
A R I V S, Eunomius, AEtius qui etsi con-
cesserunt, Christum fuisse antequam ex
Maria nasceretur, & præter humanam,
esse in Christo alteram Superiorem &
cœlestem

coelestem naturam, per quam hic mundus conditus fit, sed tamen hanc non aeterno ex patris essentia genitam, sed *en unō vītō* ante initium mundi creatam; nec Deo patri aeterno *ēμαγόν* seu consubstantiam esse contendunt, contra expressa testimonia i. Ioh. 5. Hic est verus Deus, Rom. 9. Christus est super omnia Deus benedictus in secula. Ierem. 23. Inuocabunt eum I E H O V A, Iustitia nostra. Ioh. 20. D O M I N V S meus & D a v i s meus. Ioh. 10. Ego & pater vnum sumus, quo dicto Iudæi etiam intelligebant, Christum se Deo patri æqualem praedicare. Colos. 2. in C A R I S T O Habitac omnis plenitudo Deitatis corporaliter. Ioh. 1. καὶ Ἰησος ἦν ὁ λόγος. Omnia per illum facta sunt. Psal. 43. Quoniam ipse est Deus tuus:

Obiecerunt autem Ariani. Qui minor est Deo patre, non est *ēμαγόν*, & æqualis. Filius minor est Patre Iohan. 14. Pater maior me est.

Ergo Filius non est natura Deus, nec est æqualitas essentiæ. Respondeo ad Minimum, i. ex symbolo Athanasij, Christus minor est patre secundum humanitatem: æqualis

æqualis patri secundum Diuinitatem.
 2. Quia est persona missa, quæ minor est
 mittente. 3. Ratione officij & præsentis
 ministerij, passionis & mortis in toto ita-
 tu humiliationis, in quo cum nondum
 conspiceretur Filij potentia, sed passio &
 infirmitas, patris autoritas & potentia
 monstranda fuit, à quo institutum sit hoc
 ministerium & qui per illud efficax sit, &
 rursus glorificaturus, sit Filium & ecclesi-
 am seruaturus. 4. Quia Filius est ex patre
 & non ècontra.

I I. Omne quod natum est, id aliquan-
 do non fuit, sed habet essendi principium
 seu cœpit esse. Filius Dei est natus ex Patre.
 Ergo nō est coæternus patri, sed cœpit esse,
 καὶ οὐ ποτέ, ὅτε ἦν οὐκ οὐ, Erat tempus,
 quando non erat filius. Respondeo. Ne-
 go Maiorem. Nam physicæ sententiae
 de generatione naturæ corporeæ, non sunt
 transferendæ ad generationem diuinæ: n
 seu æternam, in qua nullam temporis pri-
 oris aut posterioris mentionem fieri
 oportere, ipsa etiam Physica testatur. τὸ δὲ
 ὄντες, η ἀεὶ ὄντες, οὐκ εἰσὶν ἡγεόντες, id est,
 æterna quatenus æterna, non sunt ob-
 noxia temporis.

Hac generali solutione considerata,
 deinceps

deinceps etiam aliæ eruditæ Patrum explicationes in conspectu sint. Hilarius lib. 7. de Trinit. ad Maiorem ita responderet, Aliud est ex eo nasci, quod semper non fuit. Aliud est ex eo nasci, quod semper est. Quare si semper Deo patri proprium est, quod semper est pater: necesse est Filio semper proprium esse, quod semper est Filius. Nam relativa se mutuo ponunt. Augustinus lib. 6. de Trinit. cap. 1. Sicut splendor qui gignitur ab igne atque diffunditur, coævus est illi, & esset coæternus, si ignis esset æternus: Sic Filius cum sit *απόγενος*, hoc est, splendor lucis paternæ, coæternus est Patri. Ambrosius lib. 1. de Fide ad Gratianum. cap. 5. Ego filium natum esse confiteor, quod reliquum est impietatis horresco. Scriptum est cùm, Ante me non fuit alius Deus, & *Ez 34. 44.* post me non erit. Quis ergo hæc dicit, Pater an filius? Si Filius, Ante me, inquit, non fuit alius Deus. Si pater, post me, inquit, non erit, Hic priorem & ille posteriorem non habet &c.

III. Deus non est creatura. Christus est creatura. *Ebr. 1.* Est fidelis ei, qui fecit eum. ergo Christus nō est Deus. Respondeo ad dictum *Ebr. 3.* Quod nō de essentia, sed de

R. officio

officio loquitur. Considerate Apostolum & Pontificem Iesum Christum, qui fidelis est ei qui fecit, hoc est, constituit & ordinavit eum Pontificem. Psal. 2. Ego autem constitui regem meum. Sic Act. 2. Petrus dicit Christum eum fecit Deus, id est, officium Christi ipsi tribuit.

III. Deus omnia scit. Filius non omnia scit. Ergo non est Deus. Minorem probbo. Marci 13. De die illa & hora nemo scit, neque angeli in celo, neque filius nisi solus pater. Respondeo ad Minorem. Nescit, non sibi, sed Nobis, quibus non reuelat diem & horam iudicij, sicut alibi inquit: Tentat vos Deus, ut sciat, id est, vos scire faciat.

2. Nescit quod ad praesens ministerium & officium attinet, in quo non expoenit, quae de fine mundi a patre decreta sunt, aut cur Deus Alexandre dederit monarchiani Persicam, & non Cœlo. Hæc nihil ad Euangelion, aut ministerium Christi pertinent.

3. Nescit, scilicet humana natura filii a se & per se.

V. Solus pater est verus Deus. Filius non est Pater. Ergo Filius non est verus Deus. Minorem probbo. Ioh. 17. Agnoscant

stant Te solum verum Deum & quem misisti, Iesum Christum. Respondeo: Solus non excludit filium aut Spiritum sanctum, sed numina commentitia omnium gentium, quae non sunt verus Deus, sicut de filio expressè affirmatur. Ioh. 5. Hic est verus Deus. Alij ita construunt: Agnoscant te & quem misisti Iesum Christum esse solum verum Deum.

VI. Ioh. 17: Pater glorificat filium. Ergo pater est maior filio. Respondeo. Considero secundum humanam naturam; Quæ passa & mortua post resurrectionem æterna gloria ornatur, sicut Philipp. 2. Deus Christum exaltavit, scilicet secundum humanam naturam. Non enim excelsus, sed caro excelsi exaltatur.

VII. Proverb. 8. Dominus creauit me initio viarum. Ergo Filius est creatura; Respondeo. In Ebraeo est, Dominus possedit me בְּרֵא non creauit בָּרֶךְ Deus ab æterno possedit sapientiam, quæ in creatione mundi & mirandis operibus in Ecclesia se postea exercuit &c.

VIII. Ichoua habet esse à seipso & non ex alio. Filius non habet vitam à seipso, sed à patre. Ioh. 5. Sicut pater habet vitam in seipso; sic dedit & filio vitam habere in

R. 2 seipso.

scipso. Ergo Filius non est Iehoua, nec æqualis Patri. Respondeo. Filius nascendo accepit essentiam, quæ à scipso essentiam habet, & non ex nihilo creatur. 2. Hanc ipsam ob causam filius vitam in scipso habet naturaliter & essentialiter sicut pater. 3. Quidam ad humanam naturam accommodant: Quæ vitam viuificantem in se, tametsi non a se possidet.

I X. Creatura non est Deus. Christus est primogenitus omnis creature. Col. 1. Ergo non est Deus. Respondeo ad minorum. est Fallacia figuræ dictionis. nō dicimus esse creaturā, sed genitū ante omnes creature. Primogenitus dicitur respectu humanæ naturæ, quæ omnibus creaturis dignitate antecellit, & prima ex morte surrexit. Unigenitus dicitur respectu dignæ, ex patre natæ.

X. 1. Cor. 15. Tradet regnum Deo & patri, & ipse filius subiijcietur patri. Ergo non est æqualis patri. Respondeo ad Antecedens. Tradet regnum Deo, hoc est, totam Ecclesiam electorum per ministerium Euangeliij in hoc mundo collectam adducet ad Deum Patrem, ut non amplius per Verbum & sacramenta: sed immediate à Deo, qui erit omnia in omnibus, regatur.

regatur. & ipse filius in suo corpore, hoc est, Ecclesia subiectur seu ministerium filij cessabit, cum Deus immediate sua luce in beatis conspicetur.

XI. Omne genitum posterius est gigante. Filius est genitus. Ergo non est coæternus patri. Respondeo. Nego Maiorem. Ut enim simul cum flamma seu lumine sparguntur radij, & ἀπαύγασμα seu splendor à lumine emanans, ipsi luminis coætus est: ita filius ἀπαύγασμα lucis paternæ, patri coæternus est. Quamdiu enim est & fuit PATER prima persona, tamen diu est filius. Est autem pater ab æterno.

Ergo & Filius.

Quia relativa se mutuò ponunt.

XII. Ioh. 20, Ascendo ad Patrem meum & patrem vestrum, ad Deum meum & Deum vestrum. Ergo Christus non alia ratione est filius Dei patris, quam Nos. Respondeo. Christus est filius Dei natura, nos adoptione: seu Deus est pater Christi natura, nobis gratia.

XIII. Deus excitauit Christum à mortuis Act. 2. 10. Ergo Christus non est æqualis cum Deo patre potentia. Respondeo. Vocabulum Deus in antecedentia

te essentialiter, non personaliter, hoc est,
Non solam personam Patris, sed diuinam
naturam, Patri, filio, & Sp̄itui sancto
communem denotat. Recitaui aliquot
Arianorum argumenta, ad quæ cætera
studiosi ex Nazianzeno, Cyrillo, Hilario,
& alijs collecta adiungent.

Sabelliani.

Circa An-
num Chri-
sti 250.

Tertia cohors v̄tam de diuinitate
Christi doctrinam peruertentium sunt,
qui vnam tantum in diuinitate personam
constituunt, & Trinitatem solummodo in
nominibus, non in rebus seu reali discri-
mine & ~~τρισάριον~~, distinctis confitentur,
vt Præreas, aduersus quem Romæ docen-
tem Tertullianus scripsit. Noëtus Ephesinus.
Sabellius Afer Pentapolitanus. Hi
Deum Patrem ex Maria incarnatum &
passum esse fixerunt, vnde Patrīpassiani
appellati sunt. Sed non Patrem nec Sp̄i-
ritum Sanctum, sed solum filium naturam
humanam assumisse & pro nobis pas-
sum esse, manifestè conuincunt testimoni-
a. Ioh. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt
filium suum vnigenitum daret. Gal. 4.
Misit Deus filium suum natum ex mulie-
re. Luc. 1. Quod nasceretur sanctum, filius
Dei vocabitur. Ioh. 1. Verbum, quod erat
apud Deum, caro factum est. Concil. Tol.
8. So-

¶. Solum verbum caro factum est , & cum tota Trinitas operata sit formatio-
nem suscepti hominis, solus tamen filius
acepit hominem, in singularitatem per-
sonæ, non in unitatem naturæ , id est,
quod est proprium filij, non quod com-
mune est Trinitati, id est, propriè in hy-
postasi filij , non in tribus communiter
personis, diuina natura humanam natu-
ram sibi vniuit. Neq; enim sentiendum
est, solam filij Dei hypostasin exclusa na-
tura $\delta\lambda\circ\gamma\delta$ diuina , incarnatum esse. In
Christo enim omnis Plenitudo DRI TA
RIs, seu tota & perfecta Deitas filij Dei,
tanquam in proprio corpore seu persona-
liter habitat. Et Longobardus lib. 3. dis-
ting. 5. hanc quæstionē tractans, Diony-
sij & Damasceni sententiam citat, *Ιεόντης*
δικαιῶς ημῖν ἐν μίᾳ τοῦ ἑαυτῆς ἐκπιώνοε
υποσάσσων, id est, Deitas totaliter nobis in
una suarum hypostaseon communicauit:
seu tota & perfecta diuina natura in per-
sona filij incarnata est. Consideratur enim
Deitas seu essentia diuina, aliás absolute,
quatenus communis est tribus personis :
aliás relatiue, quatenus in singulis perso-
nis, characteristica proprietate velut deter-

minata & limitata est. Dicunt igitur in Scholis; Naturam diuinam non absolutè, sed relatiuè in persona filij consideratam incarnari.

Manichæi.

SACVNDÆ ACRI Hostium filij Dei, veritatem humanæ in Christo naturæ impugnantium, primus dux suit, Simon Magus ex apostolorum historia Act. 8. notus, & huius discipuli, Menander, Cerdon, & postea Marcion & Manichæi, qui Christum non vera carne seu natura humana præditum, sed simulataam speciem & phantasma humani corporis assumpisse (sicut angeli & ipse filius Dei olim patribus in simulacro seu forma corporis humani apparuit) & δοκῆσαι μόνον ἡ Φαττασία, putatque tantum non verè passum & mortuum esse contendunt. Quorum delirium verè Φαττασίων, quo totum opus nostræ redemptionis, & vniuersa salus, Iustitia & vita nostra eterna labefactatur, & in spectrum ac ludibrium vertitur, Christus ipse Luc. 24. & alibi, se non spectrum aut spiritum esse, sed verè carnem & ossa habere, & verum hominem ac filium Dauidis & semen Abrahæ esse, & verum corpus suum pro nobis in mortem tradidisse, & preciosum sanguinem

guinem suum pro nostris peccatis fudisse,
& veram Iustitiam ac vitam æternam no-
bis consecisse adfirmans, refutat.

Obiecerunt autem Manichæi Dictum
Pauli, Rom. 8. Misit Deus filium suum
in similitudine carnis peccati. Ergo non
veram carnem humanam, sed tantum si-
militudinem seu speciem carnis assu-
psit. Respondeo ad antecedens. Caro
Christi non peccatrix par erat nostræ pec-
cato pollutæ, Genere seu naturæ humanæ
veritate, non vicio Adæ. Deus Misit Fili-
um, qui assumpsit veram humanam na-
turam, & quidem passibilem ac morta-
lem, sed sine peccato. Ideo vius est his ver-
bis, Misit filium in similitudine carnis
peccati. Quia re ipsa sine peccato fuit, &
tamen similiter ut nos miseri peccatores,
doloribus & morti subiectus fuit. Sic E-
pistola ad Hebræos 2. & 4. interpretatur,
Debuit per omnia fratribus similis fieri
Xwçis aμapñas, excepto peccato. Et 2.
Cor. 5. Christum qui non nouit peccatum
(quo ad fundamentum seu materiale)
pro nobis fecit peccatum (quo ad forma-
le seu Reatum) ut damnaret peccatum in
carne (nostra hærens) & nos efficeremur
Iustitia Dei in ipso.

II. Forma & Similitudo ac figura Rei, non est res ipsa. Christus formam & Similitudinem naturæ humanæ assumit, & figura tantum ut homo repertus est. Philipp. 2. Ergo Christus non veram, sed simulatam speciem & figuram similem humanæ (ut in apparitionibus olim Angeli) assumit. Respondeo. Primum Maiorem non esse simpliciter veram. Forma enim propriæ est ipsum esse rei, & nihil similius cogitare possumus, quam quod est ὄμορφον & χήμα seu figuram & habi-
tum rei tribuens, rem ipsam non propter ea adimit. Deinde ad Minorem, Christus formam Serui assumit, sicut Formam Dei anteā habuit (Vtrobiqu; enim Vox μόρφη usurpatur) secundum quam formam Christus non per rapinam (sic ut Satan & Adam conati sunt rapere æqualitatem Dei) sed per naturam est æqualis Deo. ac etiamsi potuisset diuinam Maiestatem & Gloriam suam, absq; vllis infirmitatibus humanis perpetuo etiam in his terris exerceat, & palam demonstrare: tamen cum missus esset, ut sua passione & morte victima pro genere humano fieret, admiranda humilitate & exinanitione, non voluit contra vocationem de-
positi

positis his infirmitatibus, à quibus caro eius à peccato immunis libera esse potuisset, suam cum Deo æqualitatem in carne ostentare, nec tantum substantiam nostræ naturæ, verum etiam proprietates & conditiones ac infirmitates omnes naturæ nostræ peccato obnoxiae, & prorsus similis cæteris hominibus (solo tantum peccato excepto Ebr. 4) fieri voluit & *χριματ* seu habitu animi & corporis, omnibus affectibus & gestibus ac tota conuersatione, ut quiuis alius vulgaris & nudus homo, absque tamen peccato sese gestit. Hoc exemplum Humilitatis Christi serio imitandum nobis Paulus iubet. Qui vt nō ad simulatam & fictam humilitatem nos cohortatur: ita cū Christo formam, similitudinem & figuram hominū tribuit, non simulatum & fictum naturæ humanæ spectrum, ipsi tribuere existimetur. Et vocabulum *χριματ* substantiæ veritatem non tollere, sed Gestus & Motus animorum & corporum significare manifestum est. Sicut de tota vitæ conuersatione Rom. 12. & alibi usurpatur, *μὴ οὐχιματεῖσθαι τῷ αἰώνι τόπῳ*, non configuremini huic mundo, non imitemini

Gestus

Gestus seu affectus & motus animorum
& corporum similes mundanis.

III. In veteri Testamento Christus in specie seu simulacro naturæ humanæ apparuit. Ergo etiam in novo. Respondeo. Lex umbram habuit futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum. Quare in veteri Testamento externis quibusdam umbris & imaginibus mysterium incarnationis præfiguratum: In novo autem Testamento, Christus re ipsa exhibitus & ex semine Dauid secundum carnem reuerà natus est.

IV. Angeli ministeria sibi commissa in specie & phantasmate Corporis humani expedire potuerunt.

Multo igitur magis Filius Dei, officium nostræ Redemptionis confidere in specie & similitudine carnis nostræ καὶ δόκησιν potuit. R. A possibili ad inesse non valet consequentia. Posset Deus sine coniunctione maris & sœminæ ex gleba terræ nunc quoq; homines condere. Posset nos sine cibo & potu alere: Ita potuisset nos sine assumptione naturæ humanæ redimere. Sed hunc ordinem miranda sapientia sua decreuit & in verbo expressit, ut verbum caro factum, carnem nostram

stram saluaret. Discriumen igitur est inter incarnationem Christi & apparitionem Spiritus sancti in specie columbae. Non enim veniebat Spiritus sanctus ad liberandas columbas, sicut filius Dei carnem humanam induit, ut carnem carne libaret, ut Augustini verbis cap. 22. de Agone Christiano utar.

Altera cohors huius secundi agminis fuerunt olim Valentiniani, Quos ex professore D. Iræneus quinq; libris refutandos suscepit; & nostro tempore Anabaptistæ, qui concedunt veram quidem carnem esse, quam Filius Dei assumit, sed hanc non ex substantia Virginis Mariæ summam, nec nostræ carni ὄμορφον, sed cœlestem, ætheream ac diuinam, & cœlitus delatam, per Mariam Virginem, tanquam per canalem transiuisse.

Nota sint igitur illustria scripturæ Testimonia, quæ carnem Christi ex semine Abrahæ & Davidis propagatam, & nostræ carni ὄμορφον & ex substantia Mariæ de spiritu Sancto conceptam & sanctificatam esse confirmant. Heb. 2. Non angelos, sed semen Abrahæ assumpsit, Unde debuit per omnia fratribus similis (substantia & qualitatibus) fieri. & pau-
lo ante,

lò ante. Nam & qui sanctificat (Christus) & qui sanctificantur (homines) ex uno (Adamo) sunt omnes, hoc est, eiusdem naturæ humanæ sunt. Ideò non erubet fratres eos vocare, dicens. Ecce ego & pueri, quos dedit mihi Dominus. Quoniam igitur pueri participes sunt carnis & sanguinis, & ipse similiter particeps eorum factus est. 2. Reg. 7. 1. Paral. 17. Act. 2. De fructu lumborum tuorum ponam super sedem tuam. Verè igitur ex Semine Davidis secundum carnem natus est. Rom. 11. 9. & ex Muliere Gal. 4. Ideò fructus Ventris Mariæ. Luc. 1. Et semen mulieris Gen. 3. & senren Abrahæ. Gal. 3. & Germen Davidis. Ierem. 23. 33. nominatur.

Fuerunt autem hæc argumenta Valentianorum præcipua.

I. Naturam redemptricem generis humani necesse est omnis peccati experti esse. Ebr. 7. Talis decebat ut esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus & excelsior cœlis factus. Sed nostra caro & natura Humana tota peccato infecta & corrupta est; ita ut omnes in peccato & iniquitatibus concipientur & nascantur. Ergo non nostram

nostram carnem Humanam, sed alterius
& diuersæ speciei substantiam Filius Dei
assumpsit. Respondeo ad minorem. Om-
nes homines, scilicet ex virili semine con-
cepiti nascuntur polluti peccato. Ideo
Christus peculiari spiritus Sancti operati-
one sine virili semine ex Maria virgine
conceptus est, & massa quam de Mariæ
carne & sanguine Filius Dei assumpsit, à
spiritu Sancto sanctificata & ab omni la-
be peccati mundata est. Ltc. 7. Quod ex
te nascetur sanctum, Filius Dei vocabitur.
II.I. Cor. 15. Primus homo ex terra ter-
renus, Secundus homo ipse Dominus de
cœlo. E. Natura Christi assumpta, nō fuit
terrena seu humana χοικὴ, sed cœlestis &
diuina. Respondeo. Ex tota serie dispu-
tationis Paulinæ apparet, nominari ab eo
corps cœleste, quod d' anteā nointinuit spi-
rituale. Ut autem spirituale vocatur, non
quod substantiæ corporeæ expers, aut
prorsus in spiritum mutatum sit, Sic cœ-
lesti Christi corpus dicitur, non quod al-
terius cum humanis corporibus substanciæ,
sed quod cœlestibus & diuinis pro-
prietatibus ac donis, immortalitate, po-
tentia, agilitate & gloria cœlesti præditū &
spiritu diuino plenū sit, quo etiam nostra
corpora

corpora terrena, polluta peccato, obnoxia corruptioni, infirma, foeda, caduca immediate vivificabit, & corpori suo cœlesti conformia immortalia, clara, agilia & aeterna reddet.

III. Ioh. 4. Videbitis Filium hominis ascendentem, vbi erat prius. Ergo Humana Christi natura non ex Maria virgine sumpia, sed cœlitus delata est. Respondeo ad Antecedens per communicacionem Idiomatum. Filius hominis ascendit secundum humanitatem, vbi erat prius secundum diuinitatem.

IV. Quod postremo Diuina Majestate indignum esse obijciunt, ut sordidam nostram naturam, unione personali sibi adiungat, cum ne Angelorum quidem multo nostra præstantiorem eo honore dignatus sit: Respondeo, Tantò maiores à genere humano gratias Filio Dei Emanueli & fratri nostro deberi. nec de dignitate aut indignitate, ex nostris ratiocinationibus, sed simpliciter ex Dei verbo nobis de re tanta statuendum est.

V. Ioh. 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis qui est in cœlo. Ergo Filius hominis seu Natura humana in Christo cœlitus descendit

scendit, & non ex substantia virginis Mariæ assumpta est. Respondeo. Per communicationem idioniarum.

Tertia secundē huius aciei cohors sunt, Apollinaris Laodicentis, qui corpus solūmodo humanum à Christo suscep̄tū fuisse docuerunt, sed non Animam rationalem, cuius vicem Diuina & Λόγος natura supplerit. & Monothelitæ, qui vnam tantum numero voluntatem in Christo posuerunt, contra manifesta testimonia Ioh. 10. Pono animam meam, ut rursus assumam eam. Luc. 23. In manus tuas commendo Spiritum meum. Matth. 26. Non mea voluntas fiat, sed quod tu vis. Iohan. 6. Descendi de cœlo, non ut meam voluntatē facerem, sed eius qui misit me. Ioh. 5. Non quæro meam voluntatē, sed eius qui misit me. Et de mente seu potentia intelligente dicitur Luc. 2. Iesus proficiebat sapientia apud Deum & homines.

Præterea homo Iesus Christus 1. Timoth. 2. & Filius hominis Matth. 16. Ioh. 19. & alibi nominatur. Verum itaq; & integrum hominem ex Anima rationali & corpore seu carne constantem fuisse non dubitemus. Cumq; non caro solum, sed etiam Anima seu Mens humana peccato

scēdata & corrupta, reparanda & sananda fuerit: non dubium est totam Hominis naturam Carnem & Animam à Christo assumptam fuisse. Τὸν ἀνεργότητον, ἀ-
γέρωδον, ὁ δὲ ἡμῶν τὸς Θεῷ, τέτοιο
τρόπερ, &c. Quod de humana natura à Christo non est assumptum, illud etiam non est curatum. Quod autem Deo λόγῳ vnitum est, hoc & saluatur. Quod vero Apollinaris, & ante eum Ariani dictum Ioh. 1. Verbum caro factum est, allegarunt: manifestum est, Visitata scripturæ phrasī, appellatione carnis, totum Hominem anima & corpore constantem, & simul humanam infirmitatem & fragilitatem passioni & morti subiectā significari.

Svencfeld.

Quarta, vi olim Eutychiani post vniōnem, ita nostro tempore Svencfeldiani post Glorificationem humanam Christi naturam prorsus Deificatam, seu in Divinitatem conuersam, & in sanctæ Trinitatis essentiam diuinam collocatam, neque amplius creaturam esse contendunt.

Retinere autem Christum, veram humanam naturam, & hanc creaturam esse & manere, etiam post resurrectionem conuineunt illustria verbi diuini & Symbolorum testimonia. Luc. 24. Ecce manus

nus & pedes meos, quia ego sum. Contrahete & videte, Quia Spiritus carnem & ossa non habet. Cum Hoc corpore visibiliter ascendit in cœlum & redditurus est ad iudicium, in quo illud ipsum corpus, quod in passione compunxerunt, impij videbunt. Act. 1. Apoc. 1. Et Symbolum dicit, Natus ex Maria virgine, & deinde, Seder ad dexteram Dei patris omnipotentis. Ille idem natus ex virgine sedet ad dexteram Dei patris humana natura, orta ex Maria & semine Abrahani induit, Emanuel & frater noster, caro de carne nostra, & os ex ossibus nostris, & Pontifex ex hominibus assumptus, qui ut perpetuo pro nobis interpellat, ita perpetuo est Pontifex Deus & homo. His enim verbis in scripto quodam publico præceptores & patres nostri anno 1540. Svensfeldij delirium repudiant. Qui si facetur Christum esse Deum & hominem, cur negat naturam humanam esse creaturam. Si vocat creaturam tantum mortalem naturam, cur nouo quodam modo loquitur, & conturbat Ecclesias? Nos creaturas vocamus usitato more, res à Deo creatas ex nihilo & ab alijs ortas.

Postremo veritatem Humanæ in Filio

Dei naturæ corruperunt Aphthardocitæ,
 à Iuliano Halicarnassæ ofi, qui corpus
 Christi ab ipsa conceptione incorruptibi-
 le fuisse finxerunt. Et si enim corpus iphi-
 us in tenuis chiro non dissipatum, & in ter-
 ram redactum est: tamen veros dolores
 ac cruciatus animi & corporis pro nostris
 peccatis sustinuit, & verè passum ac mor-
 tuum est. Verè enim languores nostros
 ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.
 Ipse vulneratus est propter peccata no-
 stra, attritus est propter celera nostra. Et
 paulo post, Dominus voluit conterere
 eum in infirmitate. Verè igitur sensit tri-
 stitiam & angores ac consernationes
 animi, luctantis non cum terroribus
 mortis tantum, sed etiam cum horrenda
 I R A D E I, aduersis omnia totius gene-
 ris humani peccata in se deriuata, ut nos
 debitæ pœnæ persolutione & αἰτιλόγω
 sufficienti à culpa & pœna æterna verè
 liberaret. de quib[us] angoribus Matth.
 26. Marc. 14. Luc. 22. dicitur. ηρξατο λυ-
 παίδει, καὶ ἐκθαυμεῖσθαι, ἡ ἀδημοσίη,
 cœpit tristari & expauescere, & grauiissime
 angi animo, & dixit, Valde tristis est ani-
 ma mea usq[ue] ad mortem. Has infirmita-
 tes naturæ humanæ peccatricis volens
 propter

Aphthardo-
cita.

Necph. lib.
18. cap. 45.

Propter nos assumisit, ut victimam fieret.
Ebr. 4. Non habemus Pontificem, qui
non possit compati infirmitatibus no-
stris, sed tentatum per omnia secundum
similitudinem sine peccato.

Hæc testimonia non solum Mani-
chæis, qui Christum δοκήσει φαντασίᾳ
hos dolores passum esse, verum etiam
Hilario opponantur, qui lib. 10. de Tri-
nitate prolixè disputat, Christum sine ullo
doloris sensu passum esse. Fallitur, inqui-
ens, humanæ existimationis opinio, pu-
tans huic dolere, quod patitur. Item, Affe-
runt quidem hæc imperium passionis,
non tamen dolorem passionis inferunt,
vt telum aliquod aut aquam perforans,
aut ignem compungens, apt aëra vuine-
rans.

Quod autem obijciunt: Indignos
Deo, & personæ Filij Dei ignominiosos
tantam mœstitudinem & angores videri:
Respondeo cum Nazianzeno, μὴ διὰ
Ἐν ἀλυρῷ, ἐν διὰ σὲ τανδὼς, Non
propter ea ignominiosus aut honore suo
spoliatus est, quia propter te humilis fa-
ctus est.

II. Deus nullis doloribus, nulli passi-
S 3 oni

oni aut morti obnoxius est. In Christo habitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter. Ergo Christus nullos dolores ac cruciatus, nec mortem metuit aut sensit. Respondeo, Maior vera est loquendo de diuina natura in abstracto, sed non in concreto. Est autem Christus passus & mortuus, Requiescente verbo seu non exerente suas vires & potentiam diuinam hoc admirandæ humiliationis tempore, sed obediens Deo patri in passione.

III. Mœstitia, dolores, mors, sunt pœnæ peccati. Christus fuit innocens, impolitus, segregatus à peccatoribus. Ebr. 7. Ergo non sustinuit angores & alias infirmitates, quæ sunt peccatorum pœnæ. Respondeo ad Minorem. Non habuit propria, sed aliena totius mundi peccata sibi imposita, eorumq; pœnas gestauit, vel verbis Esaiæ 53. Christus iniquitatem non fecit, neq; dolus fuit in ore eius, & Dominus voluit conterere eum in infirmitate. Quia posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.

TERTIA ACIES, unionem personalem duarum in Christo naturarum, & consequentem inde communicacionem idiomatum oppugnat, ut Nestorius Constan-

Constantinopolis Episcopus, tempore
Theodosij II. Imperatoris, negauit duas
in Christo naturas personali vnione copu-
latas esse, ita ut sit vna tantum individua
persona, Christus, Dei & Mariæ filius,
Verus Deus pro nobis ex Maria natus &
crucifixus, sed duas in Christo personas
constituit, quarum altera Dei filius, alte-
ra Mariæ filius sit: altera passa, altera non
passa sit: nec Mariam *γενέτην*, Dei geni-
tricem, recte dici: nec Deum, sed homi-
nem pro nobis crucifixum esse conten-
dit. contra expressa scripturæ testimonia,
Luc. 1. Quod ex te nascetur, filius Dei
vocabitur. Item: vnde mihi hoc, quod
MATER DOMINI venit ad me. Fuit
autem hic congressus Mariæ & Elisabeth,
prima noui Testamenti Synodus, in qua,
spiritu sancto præside, decreuerunt, Chri-
stum patribus promissum iam exhibi-
tum, & ex Maria virgine conceptum, &
MARIAM MATERM DOMINI seu
Ιεροναντηνη FILII DEI, ac vere *γενέτην*
esse. Gal. 3. Misit Deus filium suum na-
tum ex muliere. Luc. 2. Natus est vobis
hodie Saluator, qui est Christus Domi-
nus. 1. Cor. 2. Dominum Gloriæ cruci-
fixerunt,

fixerunt. Act. 20. Deus ecclesiam suo sanguine redemit.

Hunc Nestorij errorem , Synodus Ephesina I. præfide Cyrillo , duodecim Anathematismis, quæ duodecim capitulo Cyrilli vulgo nominat, damnavit. quos infra adscribam. ex quibus magnitudo illius controversiae , & periculum venientis sub Nestorij errore latentis , videlicet quod reuerat Christum , nudum hominem θεοφόρον, tametsi maioribus donis a Deo ornatum fuisse sentiat, cui per assentiam tantum seu societatem, tanquam organo Diuinitatis , λόγῳ adfuerit; aliqua ex parte demonstratur. Quare studiosos horrort, ut tum canones illos Synodi Ephesinæ, tum eorum declaraciones, a Cyrillo postea in Apologetico copiose expositas, diligenter & attente legant & expendant. Fuerunt autem Nestorij argumenta præcipua.

I. Omne quod ex homine nascitur, certo tempore incipit viuere, & certis ætatum gradibus crescens, bimestre aut trimestre &c. appellari potest. Deus non certo tempore incepit viuere, nec bimestris aut trimestris est. Ergo Deus non est natus ex homine, nec Maria dici potest θεότης.

^{xxvii} seu Dei genitrix. Respondeo verbis Iustiniani de sancta Trinitate & fide Catholica: Sanctam atq; gloriosam virginem Mariam propriè & verè Dei matrem esse dicimus, non quia D a v s v e r -
b u m principium ex ea iumserit, sed quia in ultimis diebus descendens de Cœlis ex ipsa incarnat⁹ & homo factus & natus est.

II. Quod natura est ab æterno, non potest ex homine nasci temporaliter. Filius Dei natus est ab æterno. Ergo nō nascitur temporaliter, nec Maria dici potest ^{Ieoz} x. Respondeo ad Maiorem: Quod natum est ab æterno, non potest nasci in tempore scilicet respectu vnius & eiusdem naturæ. Ad Minorem: Filius Dei natus est ab æterno, secundum diuinam naturam, sed secundum alteram naturam humanam, in personæ vnitatem assumptam, in tempore natus est, anno mundi 3962.

III. Persona est rationalis naturæ individua substantia. In Christo sunt duæ naturæ rationales & individuæ substantiæ, diuina & humana. Ergo in Christo sunt duæ personæ. Respondeo, Maior non est integra definitio, vt suprà in explicatione definitionis personæ dictum est.

S , Idem

Idem argumentum hac forma proponitur. Nulla natura intelligens individua est sine persona. In Christo sunt duæ naturæ intelligentes individuae. E. in Christo sunt duæ personæ. Rel. ad Maiorem: Nulla natura intelligens, scilicet seorsim ac per se subsistens. Ad Minorem: In Christo sunt duæ naturæ intelligentes, sed non ambæ seorsim ac per se subsistentes. Humana enim natura in unitate personæ à Filiâ Dei λόγῳ assumpta, non per se ipsa seorsim, sed in persona filij subsistit: ita ut unum cum filio Dei ὑφισάμφρον sit. ἀμαρτίᾳ στρεψεν, ἀμαρτίᾳ λόγῳ στρεψεν, ἀμαρτίᾳ εμψυχηθεὶ λογικὴ. ēν αὐτῇ παρέστη ενθεῖς τῷ λόγῳ παροσάσ, simul caro, simul Dei verbi caro, simul caro anima rationali animata, in ipsa sui prima existentia unita personæ verbi, ut Damascenus lib. 3. cap. 2. loquitur. Non enim habuit humana Christi natura propriam & hypostaticam cum verbo vniōnem,

III. Divinitas est impassibilis & immortalis. Filius Dei est vere & natura Dei. Ergo non est passus nec mortuus. Respondeo. Maior vera est de divina natura

Argumen-
ta Amlingi
contra Re-
alem Effu-
sionem.

tura per se considerata in abstracto. Ad Minorem: filius Dei est verē & natura Deus, sed non tantum Deus, verū etiam verē & natura Homo. Ad conclusionem: Ergo non est passus, scilicet secundum Divinitatem, sed secundam assumptam humanitatem. quæ tamen sola non potuisse sufficiens λύτρον pro peccatis hominum persoluere, nec vincere mortē, nisi persona patiēs fuisset verē & natura Deus.

V. Omne generans gignit sibi simile, homo hominem, Leo Leonem, nec sit confusio specierum. Maria est genitrix Christi. Ergo eiusdem speciei hominem, non Deum, genuit. Respondeo ad Minimum. Maria est genitrix Christi secundum humanam naturam, quæ ex Maria virgine essendi principium accepit: non secundum diuinam naturam. Et tamen quia iste homo ex Maria genitus, est in unitate Personæ, verē & natura Deus: recte & verē dicitur Maria D^{omi}nū genitrix fuisse, sicut recte dico, Monicam Augustini matrem fuisse, etiam si solum corpus Augustini, ex matris sanguinibus ortum: anima vero à D^{omi}nō infusa sit. Proclus Constantinopolitanus Episcopus his verbis respondet: vbi supra humanum intel-
ctum

lectum miraculum , & supra naturam
partus est, ibi qui nascitur Deus est.

Altera cohors tertiae huius aciei sunt
Eutychiani, Monophysitæ, Acephali, Ia-
cobicitæ, Theopaschitæ, Seueritæ &c orti
ab Eutychè archimandrita seu abbate
monasterij, suburbio Constantinopolita-
no vicini. Is, vt longissime à Nestorij pla-
citis, in concilio Ephesino damnatis, dis-
cederet: circa annum Christi 450. Chri-
stum ex duabus, sed non in duabus natu-
ris subsisteret, seu in Christo redemptore
nostro post duarum naturarum vni-
onem, non amplius duas distinctas, sed
vniam tantum filij Dei seu verbi incarnati
naturam agnosci & prædicari debere,
nec carnem Christi nostræ consubstanti-
alem, sed prorsus deificatam, seu cum di-
uinitate confusam & permixtam esse:
atq; adeò ipsam Σλόγη naturam pro
nobis passam esse, contendit.

Hic error primum in synodo prouin-
ciali anno 452. præside Flauiano, archie-
piscopo Constantinoli damnatus: &
iequenti anno , Eudoxiæ imperatricis
(quæ patrocinium Eutychis suscipiebat,)
& mariti illius Theodosij opera, conuo-
cato concilio Ephesino II. præside Dio-
scoro

scoro Alexandrino confirmatus : Biennio post, mortuo Theodosio, per Pulcheriam Theodosij sororem & maritum illius Martianum Imperatorem, hortatu Leonis Pontificis Romani, congregato Chalcedonensi concilio 600 episcoporum, rursus solenni decreto condemnatus est. Nullius autem concilij acta copiosus & fusiūs, quam huius Chalcedonensis, descripta extant. Ex quibus principale decretum, de controveria Eutychis : seu, vniōne duarum in Christo naturarum sessione VI. promulgatum, praeципue studiosis familiarissime notum sit, quod mox Latine & Græce adscribam.

Ad eo autem profundas in multorum animis radices error Eutychianus egerat: ut plurimi pertinaciter, etiam post Chalcedonensem synodum, eum retinerent: & Imperatorum Basilisci & Anastasij (cæpit 494) autoritate tuerentur, donec Iustinianus Imperator denuo eos vniuersali Synodo Constantinopolitana V. refutari & damnari, & Chalcedonensis Synodi decreta confirmari curauit.

Subinde etiam hoc certamen alijs & nouis praetextibus renouatum est: sicut post Iustiniani tempora, Monotheletæ,

vnam

vnam solummodo Divinitatis & huma-
nitatis Christi uoluntatem & operatio-
nem esse contederunt. Quos sexta syno-
dus vniuersalis Constantinopolitana anno
Christi 681. condemnauit.

SYMBOLVM,

**ANNO CHRI-
STI 455. DIE 25. O-
CTOBRIS IN CHAL-
CEDONENSE SYNODE
publicatum.**

VNA
PERSO-
NA.

EΝΑ καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογῶμεν ϕὸν τὸν
κύριον ἡμῶν Ἰησὸν χριστὸν, καὶ ὁμοφάνως
ἀπάντες ἀκδιδάσκομεν τέλειον τὸν αὐτὸν
ἐν θεότητι, καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν αἰθρί-
ποτῃ. Θεὸν ἀληθῶς, καὶ αἰθρωτὸν ἀλη-
θῶς τὸν αὐτὸν ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώ-
ματος; ὁμούσιον πατεῖται τὸν θεότητα,
ὁμούσιον ἡμῖν καὶ τὴν αἰθρωτότητα, καὶ
πάντες ὁμοιον ἡμῖν χωρὶς ἀμαρτίας, περ-
αιῶναν μὲν ἐκ πατερὸς γεννητούς καὶ
τὴν θεότητα, ἐχάτων ἐπὶ τὴν ἡμέραν, τὸν αὐτὸν
δὲ ἡμᾶς, καὶ μέτα τὸν ἡμετέρου σωτηρί-
αν, σὺν

εἰς Μαριανὴν παρέδευτος οὐκέτι τούτην
τὴν αὐθεωτότηταν.

Ἐναὶ αὐτὸν Ἰησὸν χριστὸν, γὸν, κύριον DVAE
μονογόνην, εὐ δύο φύσεων, ασυγχύτως, ἀ- *Natura int.*
τρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως γνωστὸν *confusa.*
μήνον, ἀδαμάτης τῆς ταῦτης φύσεων Διαφοράς
απορημάτης οὐχὶ τὸ ἔνωσιν. σωζομένης ἡ
μᾶλλον τῆς ιδιότητος, ἐκπίστης φύσεως,
καὶ εἰς ἐν τεσσαρον, καὶ μίαν ταύτας
τεσσεράκους, ὅχι ὥστε δύο ταέσσαπα με-
ταξίδημον η̄ Διαιμερέμερον, ἀλλ' ἑναὶ καὶ
τὸν αὐτὸν γὸν μονογόνην θεὸν λόγον γῆκύριον
Ιησὸν χριστὸν, κατάστητο ἄνωθεν εἰ ταφή-
τη καὶ αὐτὸς ὡς ἀυτὸς ὁ χριστὸς ἐξεποι-
δευτε, καὶ τὸ ταῦτα πατέρων ήμῖν παραδέ-
δυκε σύμβολον. Vnum & eundem con-
fitemur Filium Dominum nostrum Ie-
sum Christum, & una voce omnes do-
cemos, perfectum eundem in Diuinitate,
& perfectum eundem in humanitate. De-
tum verum & hominem verum, eundem
ex rationali anima & corpore; consub-
stantialem patri secundum diuinitatem;
consubstantialem etundem nobis secun-
dum humanitatem, per omnia nobis
ēqualem absq; peccato, ante secula qui-
dem

dem ex patre secundum diuinitatem, in
extremis autem diebus eundem propter
nos, & propter nostram salutem, ex Ma-
ria virgine, & Dei genitricē secundum
humanitatem genitum.

Vnum & eundem I S S V M C H R I-
S T V M, filium & dominum vnigenitum,
in duabus naturis, inconfusè, intimaturabi-
liter, indiuise, insegregabiliter cognitum
atq; depraedicatum: haudquaquam na-
turarum differentiam vnione tollente,
sed proprietatem potius vtriusq; nature
conseruante, quæ in personam vnam, &
in subsistentiam vnam concurrit: non
veluti in duas personas dispergitum aut
diuisum, sed vnum & eundem filium
vnigenitum D E V M verbum Dominum
nostrum I S S V M C H R I S T V M, quem-
admodum antiquitis Prophetæ, & ipie
de seipso nos docuit C H R I S T V S,

& Symbolum patrum

nobis tradi-

dit.

• 069 •



CANO.

CANONES
SYNODI EPHESI
NAE I. QVOS XII. CAPE
TILA SV ANATHEMATISMOS
CYRILLI, VULGO NO-
minant.

- I. Si quis non confitetur Deum esse *Maria*
veraciter Emanuel, & propterea Dei ge- *Geotones*
nitricem sanctam virginem (peperit
enim secundum carnem, carnem factum
Dei Verbum, secundum quod scriptum
est, *Verbum caro factum est, anathema*
sit.
- II. Si quis non confitetur carni secun- *Vna perso-*
dum subitantiam vnitum Dei patris ver- *na Deus &*
bum, vnumq; esse Christum cum pro- *Homo.*
pria carne, cundem scilicet Deum simul
& hominem, anathema sit.
- III. Si quis in uno Christo diuidit sub- *Vnis perso-*
stantias post vnitatem, sola eas connex- *natis*
ione coniungens, quæ secundum carnis
dignitatem fit, vel etiam autoritatem &
potestatem, ac non potius conuentu, qui
per vnitatem factus est naturalem, ana-
thema sit.
- IV. Si quis in personis duabus, vel
T sub-

*Communi-
catio Idio-
matum in
concreto.*

subsistentijs, eas voces, quæ in Apostolis
cisis scriptis continentur & Euangelicis,
diluidit, vel quæ de Christo dicuntur a
sanctis, vel ab ipso: & aliquas quidem
ex his, velut homini, qui præter Dei ver-
bum specialiter intelligatur, aptauerit, il-
las autem, tanquam dignas Deo, soli Dei
patris verbo deputauerit, anathema sit.

*Discrimen
inter Chri-
stum & a-
lios San-
tos.*

V. Si quis audeat dicere, hominem
Christum Theophorōn, id est, Deiferum,
ac non potius Deum esse veraciter, dix-
it, tanquam Filium per naturam, secun-
dum quod verbum caro factum est, &
communicauit, similiter ut nos, carni &
sanguini, anathema sit.

VI. Si quis dicit, Deum esse vel Domi-
num Christi, Dei patris verbum, & non
magis eundem ipsum confitetur Deum
simul & hominem, propterea quod ver-
bum caro factum est, secundum scriptu-
ras, anathema sit.

*Christus nō
est tantum
Organum
Desitatis.*

VII. Si quis velut hominem Iesum
operante Deo verbo, dicit adiutum, &
vnigeniti gloriam, tanquam alteri præter
ipsum existenti tribuit, anathema sit.

*Adoratio
Christi Des-
tit Hominis.*

VIII. Si quis audet dicere, assum-
ptum hominem coadorandum Deo ver-
bo, & conglorificandum & connunciu-
pandum

Pandum Deum, tanquam alterius cum altero, (nam con syllaba superadicata hæc cogit intelligi) ac non potius una supplicatione veneratur Emmanuel, vnamque glorificationem dependit, iuxta quod verbum caro factum est, anathema sit.

IX. Si quis vnum Dominum Iesum Christum, dicit a Spiritu sancto, tanquam qui aliena virtute per eum visus fuerit & ab eo acceperit, efficaciam contra immundos Spiritus, posse & coram hominibus diuina signa perficere, ac non potius proprium satetur eius Spiritum, per quem diuina signa expleuit, anathema sit.

X. Pontificem & Apostolum confessionis nostræ factum esse Christum, diuina scriptura commemorat. Obiulit enim semetipsum pro nobis in odorem suavitatis Deo & patri. Si quis ergo Pontificem & Apostolum nostrum dicit factum non ipsum Dei verbum, quando caro factum est, & homo iuxta nos homines, sed velut alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere, aut qui dicit, quod pro se obiulit semetipsum oblationem, & non potius pro nobis solis, (Non

T. 2. enim

enim eguit oblatione, qui peccatum omnino nefecit) anathema sit.

Caro Christi vivifica. XI. Si quis non confitetur carnem
ipsius verbi Dei Patris, sed velut alterius
præter ipsum, coniuncti eidem per digni-
tatem, aut quasi dittinam habentis habita-
tionem, ac non potius vivificatricem esse,
quia facta est propria verbi cuncta vivifi-
care valentis, anathema sit.

*Actiones et
Passiones
tribuuntur
Personæ
seruata cu-
sus, natura-
re proprie-
tate.* XII. Si quis non confitetur Dei verbū
passum carne, & crucifixū carne, & mor-
tem carne gustasse, factumq; primogeni-
tum ex mortuis, secundum quod vita est,
& vivificator ut Deus, Anathema sit.

CONSTANTINOPOLITANÆ SYNODI V. ANNO CHRI-

STI 552. S V B IVSTINIANO

Imp. celebratæ, CANONES
de doctrina

XIIII.

I. Si quis non confitetur, Patris & Filii,
& Spiritus sancti unam virtutem, & po-
testatem, Trinitatem consubstantialem,
unam

Vnam Deitatem in tribus subsistentijs siue Personis adorandam, talis anathema sit. Vnus enim Deus & Pater, ex quo omnia, & vnum Dominus Iesus, per quem omnia, & vnum Spiritus sanctus, in quo omnia,

II. Si quis non confitetur, Dei verbi duas esse nativitates, vnam quidem ante secula, & sine tempore incorporaliter, aliam vero eiusdem in ultimis diebus descendentis de cœlo, & incarnati ex sancta gloriosa Dei genetricc semperq; virginie Maria, qui natus est ex ea, anathema sit.

III. Si quis dicit, alium esse Deum verbum, qui miracula fecit, & alium Christum, qui passus est, vel Deum verbum cum Christo esse dicit, quando ex muliere nascebatur, vel in ipso esse, ut alterum in altero, & non vnum eundemq; Dominum nostrum Iesum Christum, Dei verbum incarnatum & hominem factum, atq; eiusdem miracula & passiones, quas sponte passus est carne, talis anathema sit.

III. Si quis dicit, secundum gratiam, vel secundum operationem, vel secundum dignitatem, vel secundum aequalitatem honoris, vel secundum autorita-

T. 3. tem.

902 · CANONES CONSTANTINOPOLITANOS

tem, aut relationem, aut effectum, aut
virtutem, vnitatem Dei verbi ad homi-
nem factam esse, aut secundum bonam
voluntatem, quasi quod placuit Deo ver-
bo homini, quia bene vitum est ei de ipso,
sicut Theodorus insanius dicit, vel secun-
dum solam hominis similitudinem,
quam Græci Homonæmiam vocant, per
quam Nestoriani Deum verbū Iesum &
Christum vocantes & hominem separa-
tum Christum & filium nominantes, &
duas personas manifeste dicentes, per so-
lam nominationem, & honorem & di-
gnitatem & adorationem, & unam per-
sonam, & unum Christum confingunt
dicere, sed non confitentur (sicut sancti
Patres docuerunt) vnitatem Dei verbi ad
carnem animatam anima rationali & in-
tellectuali, secundum compositionem,
id est, secundum subsistentiam factam, &
proprietate unam eius subsistentiam, que
est Dominus noster Iesus Christus, unus
de S. Trinitate: talis anathema sit. Cum
enim multis modis vnitatis intelligatur:
aliquando quidem impietatem Apollina-
ris, & Eutychetis sequuntur, in peremptio-
nem eorum, qui conuenerunt colentes
vunionem secundum confusionem p̄f
dicant.

dicant. Theodori autem & Nestorij se-
quaces, diuisione gaudentes, affectualem
vnitatem introducunt. Sancta Dei vero
Ecclesia , vtriusq; perfidiae impietatem
ejiciens, vnitatem Dei verbi ad carnem,
secundum compositionem confitetur ,
quod est secundum subsistentiam. Vni-
tio enim per compositionem,in mysterio
Christi , non solum inconfusa ea , quæ
conuenere, conseruat, sed nec diuisionem
suscepit.

V. Si quis vnam subsistentiam Domini
nostrri Iesu Christi ita intelligit , tanquam
subsipientem multarum substantiarum
significationem , & propterea conatur
introducere in mysterio Christi duas sub-
sistencias vel personas , & ab eo introdu-
ctis duabus personis , vnam Personam
dicit, per dignitatem & honorem & ado-
rationem , sicut Theodorus & Nestorius
insanientes conscriperunt , & calumni-
antur S. Chalcedonensem Synodum, tan-
quam secundum hunc impijissimum in-
tellectum usum vniuersis intelligentiæ voca-
bulo : sed non confitetur Dei verbum
carni substantialiter vniuersi , & propterea
vnam eius subsistentiam vel personam , &
ita S. Chalcedonensem Synodum vnam

T 4 subsisten-

subsistentiam Domini nostri Iesu Christi confiteri, talis anathema sit, neq; enim adiectionem personæ vel subsistentiæ sancta Trinitas suscepit ex incarnato uno de eadem trinitate, Deo verbo.

VII. Si quis abusiuē & non verē Dei genitricem dicit sanctam gloriosam semper virginem Mariam, aut per relationem tanquam homine puro nato (Non enim Deo verbo ex ea incarnato, sed relati secundum illos hominis natuitate in Deum Verbum, tanquam cohærens nascenti homini) & criminatur Chalcedonensem Synodum tanquam secundum eundem impium intellectum à Theodoro commentatum, Dei genitricem virginem asserentem: aut si quis hominis genitricem vocat eam, aut Christi genitricem, utpote Christo non existente Deo, & non specialiter, & secundum veritatem Dei genitricem eandem confitetur: ob id, quod ante secula à patre genitus Deus Verbum, in ultimis diebus, ex ea incarnatus, & natus est, atq; ita pię sanctam Chalcedonensem Synodum Dei genitricem eam confiteri, talis anathema sit.

VIII. Si quis in duabus naturis dicens, non ut in Deitate & humanitate unum Domi-

Dominum nostrum Iesum Christum
confitetur, ut per hoc significet differen-
tiam naturarū, ex quibus inconfusa & in-
effabilis unitas facta est, neq; verbo in na-
turam carnis transfigurato, neq; ad verbi
naturam translato (Manet enim utrumq;
quod est secundum naturam, & post fa-
ctam unitatem substantialiter) sed in di-
visionem per partem huiusmodi suscipit
vocem in mysterio Christi, aut numerum
naturarum confitens, in uno eodemq;
Domino nostro Iesu Christo Deo Verbo
incarnato, & non tantummodo contem-
platione differentiam eorum accipit, ex
quibus & compositus est, non interem-
pta proprietate propter unitatem (Vnus
enim ex utrisq; & per unum utraq;) sed
propterea numero vtitur, tanquam diui-
sis, & propriæ subsistentiæ consistentes
naturas, talis anathema sit.

VIII. Si quis ex duabus naturis Dei-
tate & humanitate confitens unitonem
factam fuisse, vel unam naturam Dei ver-
bi incarnatam, dicens, & non sic has vo-
ces intelligit, sicut sancti patres docue-
runt, quod ex diuina natura & humana,
unitone secundum subsistentiam facta,
vnum Christus factus est, sed ex huiusmo-

T 5. di vo-

di vocibus vnam naturam sive substantiam Deitatis & carnis Christi introduce re conatur: talis anathema sit &c.

I X. Si quis adorari int̄ duabus naturis dicit CHRISTVM, ex quo duæ adorations introducuntur, semotim DEO Verbo, & semotim homini, aut si quis ad peremptionem carnis, aut confusione Deitatis & humanitatis vnam naturam sive essentiam contineat portentu osè introducens sic adorat Christum, sed non vna adoratione Deum VERBUM incarnatum cum eius carne adorat, iuxta quod sanctæ Dei Ecclesiæ traditum est: talis anathema sit.

X. Si quis non confitetur crucifixum carne Dominum nostrum Iesum Christum, esse verum Deum, & Dominum gloriæ, & vnum de sancta Trinitate, talis anathema sit.

XI. Si quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Nestorium, Eutychen, & Origenem, cum impijs eorum scriptis, & omnies alios Hæreticos, qui condemnati sunt, & anathematizati à sancta Dic Catholica & Apostolica Ecclesia, vel prædictis sanctis quatuor concilijs, sed & eos,

qui

qui similia cum prædictis hæreticis sapuerunt aut sapere noſcuntur, & viq; ad finem permanſerunt in propria impietate, talis anathema ſit.

XII. Si quis defendit Theodorum impijſſimum Mopſuestenum, qui dixit alium eſſe Deum verbum &c.

XIII. Si quis defendit impia ſcripta Theodoreti, quæ contra reſtam fidem exposita ſunt, & primam Ephesinam ſanctam Synodum, & ſanctum Cyrillum & XII. eius capitula, & ea omnia, quæ ſcripſit pro Theodoſo & Nestorio impijſſimo, ut alijs, qui similia prædictis Theodoſo & Nestorio impijſſimo ſapuerunt, & recipit eos vel impietatem eorum, atq; propterea impios vocat Ecclesiæ docto‐res, qui ſubſtantialiter Dei vniōnem Dei verbi ad carnem conſitentur, & non anathematizat prædicta impijſſima conſcripta, & eos, qui similia hiſ ſapuerunt vel ſapiunt, ſed & omnes, qui contra reſtam fidem ſcripſerunt, aut contra, beatæ memoriæ, Cyrillum vel XII. eius capitula, & in hac impietate defuncti ſunt, tales anathema ſint.

XIV. Si quis defendit epistolam, quam dicitur Iba ſcripſisse ad Marim Perſam,

Persam, quæ denegat quidem Deum verbum de sancta genitrice semperq; virgine Maria incarnatum hominem factum, dicit autem purum ex ea hominem natum esse &c.

**LEONIS PAPÆ
AD FLAVIANVM
EPISCOPVM CONSTAN-
TINOPOLIS EPISTOLA, IN
CHALCEDONENSI SY-
nodo confirmata,**

LEonis dilectionis tuæ literis, quas misramur fuisse tam seras, & gestorum episcopaliū ordine recensito, tandem quid apud vos scandali contigerit, atque contra integratem fidem exortum fuisset, agnouimus, & quæ prius videbantur occulta, nunc nobis referata patuerunt. Quibus Eutyches, qui presbyterij nomine honorabilis videbatur, multum imprudens, & nimis imperitus, ostenditur, ut etiam de ipso dictum sit a Propheta: Noluit intelligere, ut bene ageret, iniquitatem meritatus est in cubili suo. Quid autem ini-

quiùs,

quiis, quam impia sapere, & sapientioribus doctioribusq; non credere? Sed in hanc insipientiam cadunt, qui cum ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro, non ad propheticas voces, non ad apostolicas literas, nec ad euangelicas autoritates, sed ad semetiplos, recurrent. Sed ideo magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non sunt. Quam enim eruditionem de sacris noui & veteris testamenti paginis acquisiuit, qui nec ipsius quidem symboli initia comprehen- dit? & quod per totum mundum omnium regeneratorum voce depromitur, istius adhuc sensis corde non capitur.

Nesciens igitur quid deberet de verbis incarnatione sentire, nec volens ad promerendum intelligentiae lumen, in scripturarum latitudine laborare, illam saltem communem & indiscretam confessionem solito comprehendisse auditu, quia fidelium vniuersitas profiteatur, credere se in Deum patrem omnipotentem, & in Iesum Christum filium eius unicum Dominum nostrum, Qui natus est de Spiritu sancto ex Maria virgine. Quibus tribus sententijs omnium ferentur haeticorum machinæ destruuntur. Cum enim

enim Deus omnipotens creditur, pater
sempiternus, eidem filius demonstratur,
in nullo a patre differens, quia, de D^eo
D^eus, de omnipotente omnipotens, de
aeterno natus est coeternus, non posterior
tempore, non inferior potestate, non dif-
fimilis gloria, non diuisus essentia, idem
vero sempiterni genitoris unigenitus, sem-
piternus natus est de Spiritu sancto ex
Maria virgine. Quae nativitas temporalis
illi nativitati diuinæ & sempiternæ nihil
minuit, nihil contulit, sed totam se repa-
rando homini, qui erat deceptus, impen-
dit, ut & mortem vinceret, & diabolum,
qui mortis habebat imperium, sua virtute
destrueret. Non enim superare posse-
mus peccati & mortis autorem, nisi na-
turam nostram ille susciperet, & suam fa-
ceret, quem in peccatum contaminare,
nec mors potuit detinere. Conceptus
quippe est de Spiritu sancto, intravterum
matris virginis, quæ ita illum salua virgi-
nitatem edidit, quemadmodum salua virgi-
nitatem concepit. Sed si de hoc Christianæ
fidei fonte purissimo, sincerum intellectu
haurire non poterat, quia splendorem
perspicuae veritatis obcoecatione sibi pro-
pria tenebrarat, doctrinæ se euangelice
subdi-

subdidisset, dicente Matthæo. Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abrahami. Apostolicæ quoq; prædicatiōnis expectisset instructum, & legens in epistola ad Romanos: Paulus seruitus Iesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in Euangeliū Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis, de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, ad propheticas paginas piam sollicitudinem contulisset, et inuenire fer promissionem Dei ad Abraham, dicentis: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et ne de huius seminis proprietate dubitaret, securus fuisset Apostolum dicentem: Abraham dicitur sicut promissiones, & semini eius, Non dicit & seminiibus, quasi in multis, sed quasi in uno, & semine tuo, quod est Christus, Esaiæ quoq; prædicationem interiore apprehendisset auditu, dicentis: Ecce virgo in utero concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen Emmanuel, quod est interpretatum, nobiscum Deus. Eiusdemq; Prophetæ verba similiter legisset: Puer natus est nobis, filius datus est nobis, cuius potestas super humerum eius, & vocabitur nomen eius magni consilij angelus, admirabilis, consiliarius,

filiaritus, Deus fortis, princeps pacis, pater
futuri seculi. Nec fruistratorié loquens, ita
verbum diceret carnem factum, ut ædibus
vtero virginis Christus, haberet formam
hominis, & non haberet materni corpo-
ris veritatem. An forte ideo putauit Do-
minum nostrum Iesum Christum, non
nostræ esse naturæ, quia missus ad beatam
Mariam angelus, ait: Spiritus sanctus
superueniet in te, & virtus altissimi ob-
umbrabit tibi. Ideoq; quod ex te nasceretur
sanctum, vocabitur filius Dei, ut quia con-
ceptus virginis diuini fuit operis, non de
natura concipientis fieret caro concepi?
sed non ita intelligenda est, illa generatio
singulariter mirabilis, & mirabiliter sin-
gularis, ut per notitatem creationis pro-
prietas remota sit generis, fœcundita-
tem enim virgini spiritus sanctus dedit,
veritas autem corporis sumpta de corpo-
re est, & ædificante sibi sapientia domum,
verbum caro factum est, & habitavit in
nobis, hoc est in ea carne, quam sumpsit ex
homine, & quam spiritu vitæ rationalis
animauit.

... Salua igitur proprietate vtriusq; natu-
ræ, & in una m coēunte personam, susce-
pta est à maiestate humilitas, à virtute in-
firmitas,

firmitas ab æternitate mortalitas, & ad re-
 soluendum conditionis nostræ debitum,
 natura inviolabilis naturæ est vñita passi-
 bili, vt quod nostris remedij congruebat,
 vñus atq; idem mediator Dei & hominū,
 homo Christus Iesus, & mori posset ex v-
 no, & mori non posset ex altero. In inté-
 gra ergo veri hominis, perfectaq; natura
 verus natus est Deus, totus in suis est, to-
 tus in nostris. Nostra autem dicimus,
 quæ in nobis ab initio creator condidit,
 & quæ reparanda suscepit. Nam illa, quæ
 deceptor intulit, & homo deceptus ad-
 misit, nullū habuere in salvatore vestigi-
 um. Nec quia communionem huma-
 narum subiit infirmatum, idēcō nostro-
 rum fuit particeps delictorum. Assumpit
 formam serui sine forde peccati, humana
 augens, diuina non minuens, quia exina-
 nitio illa, qua se invisibilis visibilem præ-
 buit, & creator ac dominus omnium ré-
 rum vñus voluit esse mortalium, inclita-
 tio fuit miserationis, non defectio pote-
 statis. Proinde qui manens in forma Dei
 fecit hominem, idem in forma factus est
 homo. Tenet enim sine defectu propri-
 tam suam vtraq; natura. Et sicut for-
 main serui, Dei forma non adimit, ita

formam Dei, serui forma non minuit:
Nam quia gloriabatur diabolus, honi-
tatem sua fraude deceptum diuinis caruissi-
muneribus, & immortalitatis dote nudati-
um, duram mortis subiisse sententiam, se-
que in malis suis quoddam de prævari-
catoris consortio inuenisse solatum, De-
um quoq; iustitiae exigente ratione, erga
hominem, quem in tanto honore condi-
derat, propriam mutasse sententiam, opus
fuit secreti dispensatione consilij, ut in-
commutabilis Deus, (cuius voluntas
non potest sua benignitate privari) pri-
mam erga nos pietatis suæ dispensatio-
nem, sacramento occultiore compleret,
& homo, diabolicæ iniquitatis verutia
actus in culpari, contra Dei propositum
non periret.

Ingreditur igitur hæc mundi infima
filius Dei, de cœlesti sede descendens, & à
paterna gloria non recedens, nouo ordi-
ne, noua nativitate generatus. Nouo or-
dine, quia inuisibilis in suis, visibilis factus
est in nostris. Incomprehensibilis voluit
comprehendi. Ante tempora manens, esse
cœpit ex tempore, Vniuersitatis Dominus
seruilem formam, obumbrata maiestatis
suæ immensitate, suscepit. Impassibilis
Deus

Deus non dedignatus est esse homo passibilis, & immortalis mortis legibus subiaceere. Natura autem natuitate generatus, quia iniolata virginitas concupiscentiam nesciuit, carnis materiam ministrauit. Assumpta est igitur de matre domini natura, non culpa, nec in domino Iesu Christo, ex utero virginis genito, quia natuitas est mirabilis, ideo nostrae est naturae dissimilis. Qui enim verus est Deus, idem verus est homo. Et nullum est in hac unitate mendacium, dum inuicem sunt humilitas hominis & altitudo Deitatis. Sicut enim Deus non mutatur miseratione, ita homo non consumitur dignitate. Agit enim vtraq; Natura cum alterius committitione, quod proprium est, verbo scilicet operante, quod verbi est, & carne exequente, quod carnis est. Vnum horum toruscat miraculis, aliud succubit iniurijs. Et sicut verbum ab æqualitate paternæ gloriae nō recessit, ita caro naturam nostri generis non reliquit. Vnus enim identiq; est, quod sœpè dicendum est, vere Dei filius, & vere hominis filius. Deus per id, quod in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Homo per id, quod verbum ca-

ro factum est, & habitavit in nobis. Deus per id, quod omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Homo per id, quod factus est ex muliere, factus est sub lege. Natiuitas carnis manifestatio humanae naturae. Partus virginis dittinæ est virtutis indicium. Infantia paruuli ostenditur humilitate cunarum. Magnitudo altissimi declaratur vocibus angelorum. Similis est rudimentis hominum, quem Herodes impius molitur occidere. Sed Dominus est omnium, quem Magi gaudentes veniunt suppliciter adorare. Iam cum ad præcursoris sui Iohannis Baptismum veniret, ne lateret, quod carnis velamine tegeretur, vox patris de cœlo intonans dixit: Hic est filius meus dilectus, in quo bene mihi complacuit. Quem itaque sicut hominem diabolica tentat astutia, eidem sicut Deo angelica famulatur officia. Esurire, sitiare, lassitudine, atque dormire euidenter humanum est: Sed & de quinq; panibus, quinq; millia hominum faciare, & largiri Samaritanæ aquam viuam, cuius haustus bibenti præstat, ne viträ iam sitiat, supra dorsum maris, plantis fluctuum increpata tempestate consterneat, sine ambiguitate diuinum est. Sicut

ergo (vt multa præteream) non eiusdem naturæ est, flere miserationis affectu amicum mortuum, & eundem remoto quadrangularē aggere sepulturæ, ad vocis imperium excitare rediuium, aut in ligno pendere, & in noctem (luce conuerſa) omnia clementa tremefacere, aut clavis transfixum esse, & paradisi portas fidei latronis aperire, ita non eiusdem naturæ est dicere, Ego & pater vnum sumus, & pater maior me est. Quamuis enim in Domino Iesu Christo Deo & homine una persona sit, aliud tamen est, vnde in utraq; est communis contumelia, aliud vnde communis est gloria. De nostro n. illi minor est patre humanitas, de patre illic est æqualis cum patre diuinitas.

Propter hanc vnitatem personæ in utraq; natura intelligendam, & filius hominis legitur descendisse de coelo, cum filius Dei carnem de ea virgine, de qua est natus, assumserit. Et rursus filius Dei crucifixus dicitur ac sepultus, cum haec non in diuinitate ipsa, qua vnigenitus, consempiternus, & consubstantialis est patri, sed in naturæ humanæ sit infirmitate perpessus vnde vnigenitum filium Dei crucifixum, & sepultum omnes etiam in

Symbolo confitemur , secundum illud
apostoli dictum : Si enim cognouissent,
nunquam Dominum maiestatis crucifi-
xissent . Cum autem ipse Dominus noster
atq; saluator , fidem discipulorum suis
interrogationibus eradicaret , quem , inquit ,
dicunt esse filium hominis ? cumq; illi
diuersas aliorum opiniones retexuisserint ,
vos , ait , quem me esse dicitis ? vbi beatus
Petrus , diuinitus inspiratus , & confessio-
ne sua omnibus gentibus profuturus , Tu-
es , inquit , Christus filius Dei viui . Nec
imperito beatus est pronunciatus à Do-
mino , & à principali petra soliditatem
& virtutis traxit & nominis , qui perre-
cationem Patris eundem & filium Dei est
confessus & Christum , quia unum ho-
rum sine alio receptum non proderat ad
salutem , sed æqualis erat periculi Domi-
num Iesum Christum , aut Deum tantum
modo sine homine , aut sine Deo solum
hominem credidisse . Post resurrectionem
vero Domini , quæ ytiq; veri hominis fuit ,
quia aliter non est resuscitatus , quam . qui
fuerat crucifixus & mortuus , quid aliud
quadraginta dierum mora gestum est ,
quam ut fidei nostræ integritas ab omni
caligine mundaretur . Colloquens enim

cum

cum discipulis suis et cohabitans atq; con-
 uescens , & pertrectari se diligentē & cui-
 rioso tactu ab eis , quos dubietas perstrin-
 gebat , admittens ideo & clausis ad disci-
 polos ianuis introibat , & flatu suo dabat
 spiritum sanctum , & donato intelligen-
 tie lumine sanctorum scripturarum oc-
 culta pandebat . Et rursus , idem vultus
 lateris , fixuras clavorum , & omnia recen-
 tissimae passionis signa monstrabat , di-
 cens : Videte manus meas & pedes , quia e-
 go sum . Palpate & videte , quia spiritus
 carnem & ossa non habet , sicut me videtis
 habere , ut agnosceretur in eo , proprietas
 diuinæ humanæq; naturæ indiuidua per-
 manere , & ita sciremus verbum non hoc
 esse , quod carnem , & ut vnum Dei filium
 & verbum confiteremur & carnem . Quo
 fidei sacramento Eutyches iste nimium
 aestimandus est vacuus , qui naturam no-
 stram in vnigenito Dei , nec per humilita-
 tem mortalitatis , nec per gloriam resurre-
 ctionis agnouit . Nec sententiam beati a-
 postoli & evangelistæ Iohannis expauit ,
 dicentis : Omnis spiritus , qui confitetur
 Iesum Christum in carne venisse , ex Deo
 est , & omnis spiritus , qui soluit Iesum , ex
 Deo non est , & hic est Antichristus . Quid

V autem

autem est soluere Iesum , nisi humanam
ab eo separare naturam , & sacramentum
fidei, per quod vnum saluati sumus, im-
prudentissimis evacuare figmentis ? Cali-
gans verò circa naturam corporis Christi,
necessè est, ut etiam in passione eius eadem
obcæcatione desipiat. Nam si crucem
domini non putat falsam , & suscepimus
pro mundi salute supplicium verū fuisse
non dubitat, cuius credit mortem, agno-
scat & carnem, Nec diffiteatur nostri cor-
poris hominem , quem cognoscit fuisse
passibilem, quoniam negatio veræ carnis,
negatio est etiam corporeæ passionis. Si
enim Christianam suscipit fidem , & à
prædicatione Euangeliū suum non auertit
auditum, videat, quæ natura transfixa cla-
uis pependerit in crucis ligno , & aperto
per militis lanceam latere crucifixi, intel-
ligat, ynde sanguis & aqua effluxerint.
ut ecclesia Dei lauacro rigaretur & pocu-
lo. Audiat & B. Petrum apostolum præ-
dicantem, quod sanctificatio spiritus per
aspercionem fiat sanguinis Christi. Nec
transitoriè legat eiusdem apostoli verba,
dicentis: Scientes, quod non corruptibili-
bus, argento & auro, redempti estis, de va-
na vestra conuersatione paternæ traditio-
nis,

nis, sed precioso sanguine, quasi agni in-
contaminati & immaculati Iesu Christi.
Beati quoq; Iohannis apostoli testimonio
non resistat, dicentis. Sed sanguis filij Dei
emundat nos ab omni peccato. Et ite-
rum. Hæc est victoria, quæ vincit mun-
dum fides nostra. Et quis est, qui vincit
mundum, nisi qui credit, quod Iesus est
filius Dei? Hic est, qui venit per aquam &
sanguinem Iesus Christus. Non in aqua
solum, sed in aqua & sanguine. Et spiri-
tus est, qui testificatur, quoniam Christus
est veritas. Quia tres sunt, qui testimoni-
um dant, spiritus, aqua & sanguis, & ij
tres vnum sunt. Spiritus vtiq; sanctificatio-
nis & sanguinis redēptionis, & aqua ba-
ptismatis, quæ tria vnum sunt, & indiui-
dua manent, nihilq; eorum à sui connexi-
one sciungitur, quia catholica ecclesia hac
fide viuit ac proricit, vt in Christo Iesu,
nec sine vera diuinitate humanitas, nec si-
ne vera credatur humanitate diuinitas.

Quum aut̄ ad interlocutionem exami-
nis vestri Eutyches responderit, dicens: cō-
fiteor ex duabus naturis fuisse dominum “
nostrum ante adunationem, post aduna-
tionem vero vnam naturam confiteor,
miror tamen absurdam, tamq; peruersam

V 5 eius

eius professionem, nulla iudicantium interpretatione reprehensam, & sermonem nimis insipientem, nimisq; blasphemum, ita omisum, quasi nihil, quod offendet, esset auditum, cum tam impiæ durum naturarum ante incarnationem unigenitus filius Dei frusle dicatur, quam nefarie, postquam verbum caro factum est, natura in eo singularis afferitur. Quod ne Eutyches ideo vel recte vel tolerabili-
ter æstimet dictum, quia nulla vestra est sententia confutatum; dilectionis tuæ diligentiam commoneimus, frater charis-
sime, ut si per inspirationem misericordiæ
Dei, ad satisfactionem causa perducitur,
imprudentia hominis imperii, etiam ab
hac sensus sui macula purgetur. Qui qui-
dem (sicut gestorum ordo patefecit) be-
nè cooperat à sua persuasione discedere,
cum, vestra sententia coarctatus, profite-
retur se dicere, quod ante non dixerat, &
ei fidei acquiescere, cuius prius fuisset alie-
nius. Sed cum anathematizando, impio
dogmati noluisset præbere consensum,
intellexit cum fraternitas vestra in so-
manere perfidia, dignumq; esse, qui iudi-
cium condemnationis exciperet. De quo,
si fidcliter atq; utiliter dolet, & quam re-

Quæ sit mota sit episcopalnis autoritas , vel se
renum cognoscit , vel si ad satisfaktionis
plenitudinem , omnia quæ ab eo male
sunt sensa , vita voce , & præsentis subscriptio-
nem dampnauerit , non erit reprehensi-
bilis erga correctum quantacunq; misera-
tio. Dominus noster verus & bonus pa-
stor , qui animam suam posuit pro ouibus
suis , & qui venit animas hominum
saluare , non perdere , imitatores nos vult
esse suæ pietatis , vt peccantes quidem
iustitia coercent , conuersos autem miser-
icordia non repellat. Tunc enim fructuo-
sissimæ fides vestra defenditur , cum etiam
a sectatoribus suis opinio falsa damnatur.
Ad omnem vero causam pie ac fideliter
exequendam , fratres nostros Julianum
episcopum & Renatum Presbyterum ti-
tuli sancti Clementis , sed & filium meum
Hilarium diaconum vice nostra direxi-
mus. Quibus Dulcitium notarium no-
strum , cuius fides est nobis sæpè proba-
ta , sociauimus , confidentes affutrum
diuinitatis auxilium , vt is , qui errauerat ,
damuata sensus sui prauitate , saluetur.
Deus te in columem custodiat , frater cha-
rissime. Data Idibus Iunij , Asterio & Pro-
togeno consulibus. Anno Christi 453.

ATHA-

ATHANASII
AD EPICTETVM
CORINTHIORVM EPI-
SCOPVM, EPISTOLA, CVIV^a
crebra in Cyrilli scriptis
mentio fit.

Ego arbitrabar, omnium (quotquot
vnquam fuere) hæreticorum inanem
garritudinem, Nicæno concilio sedatam
esse. Nam fides, quæ inibi à Patribus se-
cundum sacras scripturas tradita, & con-
fessionibus confirmata est, satis mihi ido-
nea efficaxq; videbatur ad omnem impie-
tatem euertendam, & pietatem eius, quæ
in Christo est fidei, constituendam. Atq;
ideo diuersis concilijs, per Galliam, &
Hispanias, & Romæ celebratis, omnes,
qui in eo conuentu fuere, istos lucifugas,
qui sese etiamnum occultant, & quæ Ar-
rij sunt, sapiunt: Auxentium dico Medio-
lanensem, Ursacium, Valentem, & Gaium
Pannonem, communī calculo, vnius spi-
ritus incitatu, anathemate percusserunt,
eo quod isti sibi nomina vendicauerint
Synodorum, quum nulla sit in catholica
ecclesia Synodus existimanda, præter
vnicam

Vnicam Nicenam, quæ omnium hæreses
son profligatarum, ac in primis Arianæ
trophæum habenda est. Neq; id mirum;
quim huius hæreſeos refutandæ gratia
illa Synodus potissimum coacta tuerit.
Quia igitur audacia sit, vt post tanti con-
ciliij autoritatem disceptationes aut qua-
stiones instituant? Quod si ex genere A-
rianorum sunt, nihil mirum si quæ con-
tra ipsos promulgata & scripta sint; ca-
lumnijs oppugnant. Quemadmodum
& Ethnici, quibus dum dicitur, Idola
gentium aurum esse & argentum opera
manuum, doctrinam de diuina cruce
delirium existimant: Sin ex eorum nü-
mero sunt, qui, quum orthodoxorum
speciem habeant, & amplecti videantur;
quæ à Patribus sunt ædita, disputando
tanien ea subuertere moliantur; nihil
aliud faciunt, quam proximum suum
potant subuersione lutulenta, verborum
pugnis digladiantes; non ad alicuius vti-
litatem, sed ad ruinam hominum simili-
ciorum;

Hæc tum demum mihi visum est scri-
bere, postquam incidissem in commenta-
tios a tua sanctitate compositos, qui uti-
nani nunquam scripti essent, quo prorsus
nulla

nulla eorum apud posteros relinquatur memoria. Quis illa audiuit, quis docuit aut didicit. Ex Sion enim prodibit lex, & verbum Domini de Hierusalem. Hęc
1. autem quando prodierunt, inio quis in-
2. fernus ista eructauit? ut consubstantiale
3. dicant corpus ex Maria genitum cum
verbi Divinitate, aut verbum in carnem
4. & ossa, costas, neruos, & prorsus in cor-
pus commutatum esse, & à sua natura de-
generasse: Quis ista in ecclesia aut à Chri-
stianis audiuit; fictionem, non reuera
Deum verbum corpus esse factum? Aut
quis ita impius fuit, ut vel verbis diceret,
vel animo cogitaret, ipsam Deitatem,
qua Patri est consubstantialis, circumci-
sam fuisse, & ex perfecta imperfectam esse
redditan, & illud corpus, quod in cruce
pependit, non corpus humanum, sed
ipsum opificem rerum Sapientiam fuisse?
Quis item audiens, eum, non ex Maria,
sed ex sua sibi natura' corpus sinxisse, talia
loquentem pro Christiano habeat? Quis
istam nefariam excogitauit impietate, ut
huiusmodi vel cogitatione conciperet vel
verbis exprimeret, vt afferat, eum, qui di-
cit ex Maria editum esse Dominicum
corpus, non iam Trinitatem, sed quater-
nitatem

titatem in Deitate constituere ac proinde
eos, qui ita sentiunt, eosdem & carnem
dicere, quam ex Maria induit Saluator,
esse substantiae Trinitatis. Vnde nobis non
nulli eructauerunt parem cum Superiori
impietatem, ut iactent, non minoris esse
sestatis corpus Deitatis verbi, sed id ei co-
eternum perpetuo fuisse, eò quod ex sub-
stantia sapientiae conflatum sit. Quomo-
do ij, qui nomine Christiano censemur,
ambigere ausi sunt, sit ne Dominus ex
Maria editus substantia Deus & natura
Filius Dei? corpore autem ex semine Da-
vidis & ex carne Mariæ? Quinam usq;
adeò audaces, ut negent eum, qui carne
passus est & crucifixus, Christum fuisse?
Aut cur deniq; affectant Christiani homi-
nis vocabulum, qui dicunt, verbunt ita in
sanctum hominem, ut in aliquem ex pro-
phetis descendisse, ipsum tamen verbum
nequaquam hominem esse factum, de-
sumpto ex Maria corpore; sed alium esse
Christum, alium Filium Dei, qui ante
Mariam & ante secula extiterat Filius Pa-
tris. Aut qui quæso Christiano nomine
censi debent, qui afferunt, alium esse
Filium, aliud esse verbum Dei, & hæc
quoq; erant in tuis commentarijs, aliter
quidem

quidem dicta sed tamen quæ & eandem sententiam & eandem vim ad impietatem haberent. Obista ne disceptabant & decerabant inter se, qui sese offerebant de confessione Patrum in Nicæna Synodo? Ego autem demiratus sum tuam pietatem hæc sustinuisse, quod non simul & istos compescuerit, & piam fidem illis proposuerit, ut ijs auditis, vel, in quietem te darent, vel si inquieti contradicerent, hæretici homines iudicarentur. Nam ista nec dictu nec auditu tollerabilia sunt apud Christianos, sed omnibus modis aliena ab Apostolica doctrina. Ideo & ego, vt ab illis dicta fuere, nudis verbis in epistola describi curaui, vt qui vel solum audiat, fœditatem illorum & impietatem statim oculis animaduertat, & si pluribus verbis eorum stulticia, qui hoc malo laborant, exagitari merebatur, plura tamen nō addidi, quod epistolæ non conueniret vltior prolixitas.

Quæ enim ita manifesto prava peruerterunt, ea curiosius tractare non oportet, ne contentiosis hominibus ambigua videantur, sed tantummodo ad ea respondendum est, quod ipsum per se sufficit, ea orthodoxæ Ecclesiæ non esse, neque

neque maiores nostros ita sensisse.
 Cæterum ne ex solido silentio occasio-
 nem impudentiae sibi malorum inuen-
 tores comparent, rectius est si pauca ex
 sacris voluminibus recitemus. Quid
 enim, si ita pudefacti, sordidas istas com-
 miniscentias abijciant? Sed heus tu, qui-
 bus nam rationibus consubstantiale esse *Corpus af-*
corpus cum Deitate Verbi assueras? Si *sumptum*
 quidem operæ precium est, hinc initium *non est con-*
 disputandi deducere, ut dum hoc osten- *substantia-*
 derimus infirmum & caducum, reliqua o- *le Verbo.*
 mnia eiusdem infirmitudinis habeantur.
 Nihil certè tale in diuinis scripturis,
 quæ Deum in humano corpore fuisse a-
 iunt, reperias, & patres, qui Nicææ con-
 uenerunt, non corpus, sed Filium ipsum
 patri coæternum fuisse assuerant, idq; ex
 substantia Patris: corpus vero rursum ex
 Maria, secundum diuinæ scripturas, or-
 tum traxisse confitentur. Aut repudiate
 igitur Nicœnum concilium, & vt hæreti-
 ci, ista inferte: aut si vultis filij patrum ef-
 se, non debetis sentire diuersa ab ijs, quæ
 patres ipsi conscripserunt. Vel inde scilicet
 rei absurditatem spectes, quod aiunt cor-
 pus illud, quod ex terra originem habet,
 consubstantiale esse verbo: cum verbum

I.

X patri

patri consubstantiale sit iuxta patrum protestationem: id si admittas, erit Pater quoq; corpori terreno consubstantialis. Quid igitur causæ est, quod Arianos infestemini, quum aiunt Filium creaturam esse, quum vos patrem ratiocinemini consubstantialem esse rebus creatis.

II.

*Verbum
non est in
carnem
mutatum,*

Quinimò etiam in aliam impietatem transitum facitis, afferentes Verbum in carnem, in ossa, in pilos, neruos, imò profus in corpus, mutata priori natura, abiisse. Video enim vos aperte dicere ex terra cum genitum esse: Ex terra enim ossium & totius corporis natura. Quur igitur stolidi libidinem sumitis cum illis depugnandis? Qui dum eiusdem substantiae esse dicitis & verbum & corpus verbi, alterum ex altero, qualis naturæ sit indicatis: & in eo, quod cum in carnem abiisse dicitis, degenerationem suiq; immutationem in ipso verbo imaginamini. Quis hæc vel loquentes sustineat? reciditis enim in impietatem omni hæresi graviorem. Si enim consubstantiale est verbum corpori, superfluum, est, ut Mariæ vel mentio vel usus habeatur, cum corpus illud ante Mariam ab æternō constiterit. quemadmodum & verbum, si modò illud

illud est cœternum corpori secundum
vestram disciplinam. Quorsum igitur
necessarius fuit verbi aduentus? an ideo
scilicet, ut sibi consubstantiale corpus in-
dueret, vel mutatus alienatusq; à sua ipsi-
us natura in corpus degeneraret? Non e-
nim scipsum Deitas assumit, ut sibi, quod
consubstantiale sit, induat: sed neq; pec-
cavit verbum, quod aliorum peccata re-
dimit, ut degenerans in corpus ipsum,
Pro scipso in sacrificium offerat atq; ita
redimatur. Apage sis, Semen enim Abrahæ
apprehendit, ut inquit Apostolus, vnde
debuit per omnia fratribus assimilari &
assumere corpus, quod nobis esset simile.

Ideoq; pro fundamento istius rei sub- *Verum &*
iicitur Mariæ, ut ab ea hoc ipsum corpus *naturale*
mutuaretur, quod pro nobis offerret: *Corpus ex*
Eandemq; Mariam Esaias Prophetando *Mariae af-*
demonstrat: Ecce inquiens Virgo conci-
piet, &c. Gabriel porro ad illam ipsam *sumptrum*
legatur, neq; simpliciter ad quamvis vir-
ginem, sed virginem despontatam viro, ut
ex sponso ostenderet, Mariam verè ho-
minem esse, & parientis meminit Scri-
ptura: atq; eam fascijs obligasse, beataq;
prædicantur vbera, quæ suxerat & quasi
hostia offertur, quia ut primogenitus

aperuerat vterum parentis. Hæc omnia erant argumenta parientis virginis. Et Gabriel circumspetè & cum bona cautione euangelizauit, non simpliciter dicens, id quod natum fuerit in te, ne forinsecus introductum in eam corpus existimari possit, sed quod ex te inquit nascetur, quo ex eius natura eum primogenitum esse agnoscere liceret, liquidò hoc ipsum natura demonstrante, impossibile est virginem lac habere citra partum, impossibile item esse, lacte nutriti corpus & fascijs constringi, quod non prius naturaliter editum esset. Eiusdem rationis est, quod octauo die circumcisus est, eiusdem quoq; quod Simeon eum in vlnis suscepit, eiusdem quod puer fuit, quod creuit, & ad trigesimum annum peruenit.

Dicitur.
 Λόγος α-
 τεστις,
 αναθησ.
 Non enim ut nonnulli suspicati sunt, substantia ipsa verbi commutata, circumcisionem passa est, quum inalterabilis plane & incommutabilis sit illa, ipso teste Saluatore: Videte inquit, quod ego idem sum: Paulo quoq; id indicante, Iesus Christus heri & hodie idem in secula.

Sed neq; corpore circumcisso, gestato, vescente, laborante, in palo affixo & passo, quidquam eorum sensit impatibile il-
 lud

Iud & incorporeum verbum Dei. Corpus tum quippe in sepulchro erat positū, quum verbum abiit ut prædicaret spiritibus, qui in carcere tenebantur, ut dixit sanctus Petrus, quæ res maximè declarat stultitiam eorum, qui dicunt Verbum in ossa & carnem conuersum esse.

Nam si hoc verum esset, quid opus fuisset monumento? Ipsum corpus per se profectum fuisset, ut prædicaret spiritibus in orco positis. Nunc autem ipse profectus est ad prædicationem; corpus vero Ioseph linteo inuolutū in Golgatha deposuit, ostensumq; est cunctis, Verbum corpus non fuisse: sed corpus, verbi corpus extitisse. Hoc Thomas ē mortuis excitatum contrectauit, & in eo vestigia clauorum conspexit, quos aliquo modo Verbum ipsum sustinuit, eō quod videns illos in suo corpore affixos, incorporalis, ille quum prohibere posset, non prohibuit, sed sibi vendicauit tanquam sua ipsius, quæ propria erant corporis, nimirum, qui corpore vapulante à ministro Pontificis, tanquam ipse hoc pateretur, locutus est ac dixit, quid me cædis? & cum intactile esset natura Verbum, tamen ita loquitur, Dorsum meum dedi ad flagella, & maxil-

*Δογμα
Passus in
corpore.*

las meas ad depalmationem : faciem ap-
tem meam non auerti à contumelia in-
sputantium.

Quod enim humanum patiebatur
corpus, hæc eadem Verbum , quod cor-
pori coniunctum erat , ad se referebat : ut
nos liceret Deitatis Verbi participes fieri.
Atq; illud ipsum perquam mirum fuit, e-
undem fuisse & patientem & non patien-
tem : patientem quidem quatenus ipsius
proprium corpus, in quo erat, patiebatur:
non patientem vero , quatenus ex natura
D e u s imparabilis erat, ipseq; incorpo-
rus in corpore patibili existebat, corpusq;
vicissim Filium Dei imparabilem retine-
bat, absumentem corporeas infirmitates.

Ideò autem istud agebat, vt nostra sus-
cipiens , offerensq; in sacrificium , vici-
mando absumeret , ac deinde suis nos
circumuestiens id efficeret, quod ab Apo-
stolo dictum est, oportet hoc corruptibile
induere incorruptionem , & mortale
hoc induere immortalitatem.

III.

Non dō. quemadmodum nonnulli existimauerūt,
κενός πατέσσιον. sed vt vere & per verum Salvatorem ho-
minem, totius hominis salus conciliare-
tur, Nam si fictione & simulachro' tenuis
verbum,

Verbum in corpore fuit, secundum istorū
opinione, & si quod fictione agitur, ima-
ginariorū est, sequitur omnino & appre-
hensu facile est, hominum salutem ac re-
surrectionem esse rem opinariam appa-
rentemq;, non veram ac solidam, secun-
dum impium Manichæum. Atqui non
est inane spectrū & res imaginaria salus
nostra, neq; corpori duntaxat, sed integro
homini, corpori & animæ salus est com-
parata, verboq; ipsi verum corpus ex Ma-
ria secundum scripturas est genitū, verū
inquam, quia idem est cum corporibus
nostris: Et quia Maria, vnde est genitū, Verum coro-
pus, non
spectrū,
soror nostra est, eo quod omnes liberi fu-
mus ex Adamo procreati.

Nec est quod quisquam de ea re dubi-
tet, modò sit memor verborum Domini:
Nam postquam surrexit à mortuis, arbi-
trantibus nonnullis se corpus illud ex
Maria genitū non obueri, sed corpo-
ris eius spiritum, ita locutus est, Videte
manus meas & pedes meos, & vestigia
clauorum quod ego sum. Palpate & vide-
te, quoniam spiritus carnem & ossa non
habet, quemadmodum me habere vide-
tis: & vñā cum his verbis ostendit manus
& pedes.

Vnde redargui possunt, qui in diuersum audent dicere, in carnem & ossa mutatum esse Dominum. Non enim dixit. Quemadmodum me videtis carnem & ossa existere, sed habere inquit, ne ipsum Verbum in istiusmodi res versus esse crederetur; sed ipse in haec venisse, & ante mortem & post mortem idem esse agnosceretur. Rebus ipsis igitur haec argumenta prae se ferentibus, superfluum & alia attin gere, aut in ipsis laboriosius satagere: cum & corpus, in quo erat verbum, non fuerit consubstantiale Deitati, sed ex Maria ve re genitum, & verbum non fuit conuersum in ossa & in carnem, sed in carne extiterit.

Id enim quod à Iohanne dicitur: Verbum caro factum est, hunc habet intellectum, quatenus ex re simili deprehendere licet ex verbis Pauli, Christus pro nobis factus est execratio: non quod ex seipso in execrationem transmutatus sit, sed quia pro nobis execrationem in se suscepit, inde est quod execratio appelletur. Ita quoq; factus est caro, non conuersus in carnem, sed quod carnem pro nobis assumserit, & homo factus sit. idq; secundum verbum Ioëlis, Effundam de spiritu meo

meo in omnem carnem, non usq; ad bruta pecora ista sese promissio extendit, sed in solos duntaxat homines, quorum gratia D^sV^b homio factus est. Cum igitur dictum illud talem complectatur sententiam, meritò se ipsos dominant, quicunq; arbitrantur, ante Mariam illi aut carnem aut humanam animam fuisse, quæ ipsi ante aduentum suum ab æterno extiterit.

Desinant igitur, quotquot aiunt, carnem illius mortis capacem non fuisse, sed eam fuisse immortalis conditionis. Si enim mortuus non est, cur Paulus tradidit Corinthijs, quod & acceperat, Christum esse mortuum pro peccatis nostris, secundum scripturas: aut quia factum, ut vel vlla ratione resurrexerit, si mortuus non fuit.

Sed ipsi sui pudescerent, si vel semel cogitent, pro Trinitate quaternitatem induci posse, si negent corpus Christi ex Maria originem materiamq; traxisse. Si enim corpus Christi statuamus, nam ita raciocinantur, eiusdem cum verbo substantiae esse, Trinitas nihil peregrini, ut ipsi aiunt, accessu Verbi in sese recipie: contrà si concedatur corpus Christi hu-

manum esse, & ex Maria prostatum necessum est, cum sit alienum diuersumque a Deitate, & in eo sit Verbum, quaternitatem pro Trinitate, ob superaduentum & additamentum corporis constitui. Hac cum loquuntur, non sentiunt ipsos in se ipsos impingere. Nam tametsi ex Maria procreatum esse id corpus negent, verbo que consubstantiale esse affirment, & quod tamen quaternitatem, quam simulant scilicet effugere velle, constituant. Ut enim Filius secundum Patres consubstantialis Patri, non est idem qui Pater, sed Filius consubstantialis respectu Patris: ita quoque corpus consubstantiale verbo, non est idem quod verbum, sed aliud respectu verbi, atque ideo cum aliud sit, & quartum in ordine, summa quatuor personarum pro tribus constituit pro ipsorum opinione. Sed enim vera & perfecta & indivisibilis Trinitas additamentum recipere non potest, quod in illa Trinitas sit, quam ipsi co-miniscuntur, Et qui (quæso) Christiani, qui alium Deum praeter eum, qui est effingunt.

Est adhuc unde magis illorum stulticia ex altera cauillatione deprehendas: Siquidem ex eo, quod narratur in scripturis,

ex Maria genitum esse humanum corpus
Saluatoris, huius uolentur & somnient ex
Trinitate quaternitatem reddi, & quasi
additamentum aliquod & appendicem
Trinitati accedere.

Multi hallucinantur, qui creaturam
creatori exæquant, arbitranturq; Deita-
tem auctarium aliquod accipere posse: &
ignorant, non propter auctarium Deita-
tis verbum esse carnem factum, sed ut ca-
ro resurgeret: neque ut melius redderetur
verbum ex Maria prodijisse: sed ut genus
humanum liberaretur. Cur igitur existi-
mant, corpus per verbum liberatum &
iuificatum, verbo ad Deitatem incre-
mentum aliquod addere? Cum potius
homini ingens auctarium, ex verbi cum
ipso communione & coadunitu accesser-
it: siquidem ex mortali factum est im-
mortale: & cum animale esset, spirituale
redditum est: & cum e terra prosatum
esset, celorum portas transcendit. Trini-
tas autem, verbo corpus ex Maria assu-
mente, in suo ternario permanxit, nullum
in se recipiens auctarium aut diminuti-
onem: sed perfecta semper est, & in una
Deitate Trinitas agnoscitur. Atq; ita sit, ut
in Ecclesia unus Deus pater verbi prædi-
etur.

*Hie Homo
natus ex
Maria &
erucifixus,
est Genius
DEVS,*

Ac iam inde in silentium tradentur, qui dicebant, cum qui ex Maria prodijsset, non esse eundem Christum & Dominum & D^s v^m. Si enim Deus in corpore non erat, quomodo statim ubi editus erat, a Mariā vocatus est Emanuel, quod interpretatum sonat, Nobiscum Deus; cur item Paulus, si verbum in carne non erat, Romanis scripsit, Ex quibus Christus secundum carnem, qui est D^s v^s super omnia benedictus in æternum, Amen? Quapropter confiteantur sc̄ errasse, qui prius inficiati sunt, eum qui in cruce erat, D^s v^m fuisse; fidem habentes cunctis scripturis, & in primis Thomæ, qui postquam viderat in eo clauorum signa, exclamauit, Dominus meus & Deus meus, Dominus enim & Deus gloriæ Filius, in corpore erat cruci affixo, & ignominiose habitu; corpus quidem, cruciatus patiebatur, fluxitq; ab illius latere sanguis & aqua; idem tamen, quia templum Verbi, Deitate adimplebatur. Ideoq; factum, ut sol conspiciens suum opificem in corpore in digné multato, radios contraxerit, ter rasq; in umbrauerit. Corpus porrò mortalis naturæ, supra naturam suam, per verbum quod in ipso erat, resurrexit, & de-
sunt,

sunt, à sua naturali corruptibilitate; & Induto vero, quod supra hominem erat Verbo, incorruptibile redditum est.

Jam quod nonnulli falso imaginantur & dicunt, quod ut Verbum in singulos Prophetas venit, ita quoq; in Mariæ Filium venisse, superfluum est in illis refutandis velle operari sumere: quicum eorum stulticia manifestam sui damnationem præ se ferat. Si enim Verbum ad eum modum venit, cur ex virgine quæso, ac non ex viro & Muliere prodijt? Ita enim quisq; Sanctorum genitus est. Aut cur si ea ratione venit, non ipsius tantum, sed omnium mortes dicantur pro nobis fuisse toleratae? cur item cum ad singulos Prophetas Verbum deuenerit, solum duntat de Mariæ filio prædicatur, semel etiam In consummatione seculorum venturum esse? Aut cur ita veniente Verbo, ut ad priores illos sanctos venerat, omnes quotquot erant vita perfuncti sunt & nemo omnium nisi Mariæ Filius intra triduum resurrexit. Aut cur deniq; sit, ut Verbo pro aliorum ratione in Christum veniente, ipse solus Emanuel appelletur, veluti corpora Diuinitatis pleno ac proinde deificato: cum Emanuel nihil aliud sit, quam Nobiscum

*λόγος
non tantum
ad hunc Chri-
sto, sicut
Prophetis.*

biscum Deus? Aut cur, si ita vénit, cùm
 unusquisq; sanctorum comedenter, esurie-
 rit, laborauerit, mortuus sit, non dicitur
 eodem modo, quo ipse comedisse, esurisse,
 laborasse, vita perfunctum esse, sed de so-
 lo Mariæ filio peculiari ratione id dicitur?
 Quæcunq; enim tolerauit illius corpus,
 hæc de ipso, tanquam eadem tolerante,
 prædicantur. Iam de reliquis omnibus
 id tantum dicitur, quod vel creati vel ge-
 niti sunt: de solo autem Mariæ filio scri-
 ptum est, Verbum caro factum est. Ex
 quibus ostenditur, ad reliquos quidem
 sanctos Verbum factum esse Prophetandi
 gratia: ex Maria autem ipsum Verbum
 carne assumpta hominem prodisse: ita
 tamen, ut natura substantiāq; verbum
 Dei remanserit, secundum carnem vero
 ex semine Davidis, & ex carne Mariæ
 homo genitus prodierit, ut à Paulo dis-
 catum est, quem Pater declarauit in Iorda-
 ne, atq; itidem in monte per hæc verba:
 Hic est Filius meus ille dilectus, in quo
 mihi gratulor. Hunc quidem Ariani ab-
 negauerūt: nos autem vere eum agnoscen-
 tes, adoramus: non qui Filium à Verbo
 segregemus, sed quia eundem hunc esse a-
 gnoscamus, per quem omnia facta sunt, &
 per quem nos liberati sumus. Qua-

Quapropter admirationi mihi est,
qui in rebus ita manifestis hæc controuer-
sia obnasci potuit: sed gratia est D^o,
quod quantum doluimus, tantum rur-
sus exhilarati sumus exitu ac eventu re-
rum istarum, cum concordia enim dis-
cesserunt, pacificati inter se piæ & ortho-
doxæ Fidei confessione. ea certè res me
multum prius hæsitantem, ad hæc pauca
scribenda compulit. Verebar enim, ne ex
taciturnitate, pro gaudio, tristitia illis
oboriretur, qui ex concordia ista consen-
suq; causam læticia nobis suppeditant.
Postulo igitur primum à tua pietate: se-
cundò ab auditoribus vt hæc cum con-
scientia bona recipiatis, & si quid ad pie-
tatem deest, vt & id corrigatis, mihiq;
indicetis. Quod si, velut ab illiterato non
pro dignitate rei, nec satis accurate,
ista sint scripta, veniam detis
scribentis imbecil-
litati.

- 69 -



Aug 90
A 184164

CH min. 11.64